NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 P
1

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
55
3 D
25
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14 23 H 28

55.
a
9.

55. 6. 9.

DIOPHANTVS

GEOMETRA

SIVE

OPVS CONTEXTVM

EX ARITHMETICA ET GEOMETRIA ſimul; in quo Quæſtiones omnes Diophanti, quæ geometricè ſolui poſſunt, enodantur tum Algebricis, tum Geometricis rationibus.

ADIECTVS EST

DIOPHANTVS GEOMETRA PROMOTVS, in quo ſubtiles Propoſitiones non abſimili methodo pertractantur, & via noua ad eiuſmodi praxes inueniendas aperitur.

Authore P. IACOBO DE BILLY, Societatis IESV Sacerdote.

Bibl. Soc. Coll. Rom. Soc. J.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,
Apud MICHAELEM SOLY, viâ Iacobeâ ſub Signo Phœnicis.
M. DC. LX.

ILLVSTRISSIMO DOMINO,

D. PETRO ODEBERT

IN SVPREMA BVRGVNDIÆ CVRIA PRÆSIDI.

TIBI hoc opus de numeris debetur (Vir Illuſtriſſime) vel ex eo nomine, quod es numeris omnibus abſolutus: de te illud omnia perſonant & Roſtra, & Templa, & Xenodochia, & Collegia, & Monaſteria, & hoc ipſum quod es vt mirum ſit non agnoſci à te ipſo, quod omnes agnoſcunt. Verùm & iſtud non ignorantiæ ſupinæ, ſed virtutis eſt ſingularis, vt pote quæ oculos omnium illuſtret, & excæcet tuos. Solem in hoc imitatus es, qui cum ſuam lucem non videat, ſpectari eam facit ab omnibus, hoc duntaxat contentus quod omnes ex radiis ſuis, quanta ſit lux diuina, colligant, & omnia in pſum refundant, à quo omnia profluxerunt. Vix eſt quiſquam qui melius quàm tu Arithmeticam calleat, & numeroſos nummos exquiſitiori cum ordine collocet: etenim minorem partem tibi, & maiorem pauperibus ſeruas, veneratus in illis omnium donorum Authorem Deum. Non potuiſti rectius probare, quàm parum tuis commodis ſtudeas: ſi enim dares hominibus vt redderent, debueras Principes tibi deuincire, non pauperes: Nunc autem cum è contrario agas, ſatis oſtendis quàm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tibi ſit cordi donum gratuitum & refuſionis expers. Humilem locum tibi quæſiſti, non thronos: ſordes, non purpuram: tenebras, non lucem: & quod homines horrent, illud auidè complexus, demonſtraſti te vnum Chriſtum ſequi, qui & pauperes amauit, & propter nos egenus factus eſt, vt nos inopia ſua locupletaret. Audiſti procul dubio pauperes diuitum eſſe patronos: & quos non potuiſti habere Sophiſtas & argutos, habuiſti Oratores, qui pro te Diuinum Numen aſſiduè deprecarentur, & cauſas tuas apud ipſum orarent. Didiciſti illud Cypriani: Patrimonium Deo creditum non Res publica eripit, nec Fiſcus inuadit, nec calumnia aliqua forenſis euertit: in tuto ponitur, quod Deô cuſtode ſeruatur. Voluiſti diuitias tuas non fluere, ſed ſtare: idcirco illas apud immobilem depoſuiſti, vt cùm defeceris, recipiant te in æterna tabernacula. Clamabit poſt ſæcula Xenodochium Beatæ Annæ, clamabunt parietes ipſius, clamabunt cubicula, clamabunt lecti, clamabunt tegulæ te omnia in pondere, in menſura, & in numero diſpoſuiſſe, eum in terris feciſti opus cælorum, & cælo ipſo dignum. Adieciſti liberalitati tuæ Religionem, neque enim vnicam virtutem exercere ſuffecit tibi, qui omnes habuiſti: veritus es ne forent in otio cæleſtes illæ dotes, quæ in praxi conſiſtunt, & ne vel vna vacaret, vacasti omnibus. Solitarius ſemper existens cum Deo, ſolitariis monasteria construxisti, vt ſolitudinem arctius obſeruarent, & abdicata ſæculi pompa, Diuino Numini pompaticè inſeruirent.

Conſiderasti diuitias tuas, non tam tuas eſſe, quàm Dei, ac veluti fidelis œconomus ratione͂ ei ſubinde reddidiſti: ne ſi hanc ad mortem vſque differres, difficilior foret calculus, aut ex nimia rerum numerandarum multitudine, aut ex deſuetudine numerandi. Vide quot pauperes ditaris, quot nudos, veſtieris, quot frigidos & gelu confectos calefeceris, quot languidos roboraris

raris, quot triſtes recrearis, quot famelicos ſaturaris, quot puſillanimes animaris, & quot deficientibus ex via fueris aſylus, refugium, & portus: non poteſt non fore in numero ſanctorum qui pecunias ſuas tàm ſanctè numerauit. Neque verò hic ſtetit liberalitas tua, & numeri, Deique amor, numeraſti enim Societati noſtræ vnde Theologiam ſterneret & Theologos crearet. profitebatur Collegium Diuiogodimum humaniores literas, tu diuinas addidiſti florebant; in illo altiſſima ſapientiæ Ariſtotelicæ arcana, tu profundiſſima Theologiæ Sacræ myſteria contuliſti, ore humano loquebatur Academia, nunc Diuina Oracula fundit; Et quod mirum eſt dictu, liberalitas eadem tua teipſum in eadem Academia Primarium creauit & Profeſſorem & Doctorem; Non ſi (vt communi fertur axiomate) qui per alios aliquid facit, hoc per ſe ipſum facere videtur, Quot in Burgundia Theologos doces? quot myſteria fidei enucleas? quot Chriſtianos ædificas? quot hæreticos aut ad ſaniorem mentem reuocas, aut cum pertinacia ſua confundis? ſumma patria tua gloria, manifeſto ciuitatis profectu, incredibili Chriſtiani & Odebertini Nominis incremento. Numera profeſſores & quod mirum dictu eſt eadem liberalitas tua te ipſum in eadem Academia primarium creauit & profeſſorem & doctorem: nam ſi, qui per alios aliquid facit, per ſe ipſum facere videtur quot in Burgundia Theologos doces? quot myſteria fidei enucleas? quot hæreticos confundis? quot Chriſtianos ædificas? patria ſumma gloria, Ciuitatis manifeſto profectu, & Collegium mediocri in cremento effeciſti.

Numera Profeſſores qui eloquium tuum hactenus condiderunt, & poſt hac condituri ſunt: numera Scholaſticos qui tuo beneficio in viros doctos euaſerunt: numera Diuini Verbi præcones, qui tuis præſidiis inſtructi, Dei laudes & virtutum encomia propalarunt: numera Sacerdotes qui dignè ac laudabilter rem Diui-

nam fecerunt & ſacramenta prè adminiſtrarunt; omnes iſti numeri è tuis numeris prodiere, mna tua facit decem mnas, è tuo vnico Theologiæ fonte manarunt tot flumina Paradiſi. tu Eccleſiam fluentis tuis irrigaſti, tu mentes fœcundas feciſti, tu flores & fructus non tantùm ad delicias, verum etiam ad totius reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem produxiſti, tibi vni tam multiplicis operis debetur gloria & merces. En quò aſſurgat Arithmetica tua. Nemo igitur eſt, vt ego quidem exiſtimo, qui non videat quo iure tractatum hunc de Numeris tuo numeroſo calculo vendicaris tibi: oportuit enim Societatem noſtram debitum ſuum profiteri, & ſingula recenſere, quæ debet: hoc ego illius nomine perago, & te creditorem omnium noſtrûm agnoſco, & quò maior in debitores gloria refundatur, nos ſummè tibi obſtrictos fateor, & pro acceptis beneficiis quam maximè poſſum, gratias ago: tantumque abeſt vt iſtis gratiarum actionibus putem exoluere debitum, vt potius nouum contrahere exiſtimem, ſi eas acceptare non dedigneris.

Tuæ Dominationi,

Deuotiſſimus in Chriſto ſeruus,
IACOBVS DE BILLY
Societatis IESV.

LECTORI BENEVOLO.

QVISQVIS Diophantum non nouit, is profectò ne Mathematici, quidem meretur nomen: quod enim eſt inter Oratores Cicero, inter Poëtas Virgilius, inter Philoſophos Ariſtoteles, inter Theologos Sanctus Thomas, inter Medicos Hippocrates, inter Iuris peritos Iuſtinianus, inter Aſtronomos Ptolemæus, inter Geometras Euclides, illud ipſum eſt inter Arithmeticos Diophantus, vtpote qui reliquos omnes longo interuallo ſuperet, eorumque ſit Coriphæus, ac facilè Princeps.

Scripſit ille primarij ſui operis libros ſex, qui à diuerſis fuerunt illuſtrati, inter quos ſingulari laude dignus eſt Claudius Gaſpar Bachetus à Meziriaco: hic enim non ſolum hiantes in textu græco lacunas incredibili labore impleuit, & apices numeroſque tùm integros, tùm fractos, vel imperitia authorum, vel incuria typographorum omiſſos reſarciuit, verum etiam doctiſſimos commentarios edidit tanta ingenij ſubtilitate, vt intricatiſſimas quæſtiones facilè ſoluat, dilucidè explicet, feliciter promoueat, ac pene ſolus videatur mentem authoris ſui, quem interpretandum ſuſcepit, attigiſſe.

Cæterum ſtetit Diophantus intrà limites Arithmeticæ, non quidem vulgaris illius, quæ à pueris ediſcitur, & paſſim apud mercatores eſt in vſu: ſed alterius ſubtilioris, quam Algebram vocant, & eſt ſcientia numeri ex ſuppoſitione incogniti. Mirificum ſane eſt illud inuentum, ſiquidem ex aſſumpta magnitudine tanquam vera conſtituitur æquatio inter eam ignotam, & alias notas, & poſt æquationem reductio, & poſt reductionem diuiſio, ac tandem extractio radicis quæſitam exhibet quantitatem, non quidem temerè, & quaſi tentando, ſed certis & apodicticis argumentis. Duplicem illam eſſe ſciunt vel ipſi tyrones: aliam ſpecioſam, aliam numericam. Specioſa eſt ea, quæ per ſpecies & rerum formas literis deſignatas, logiſticam ſuam exercet, & quantitatem ignotam reperit. Numerica verò eſt illa quæ numeris ad finem propoſitum vtitur.

Et hac quidem poſteriori duntaxat vſus eſt Diophantus : nõ quod priorem ignorarit, (vtriuſque enim ſimilis eſt methodus, & idem fundamentum) ſed quia voluit omnibus etiam imperitis ſatiſfacere. Immò, quod mireris, & ſi numerus in rationalem & ſurdum diuidatur, ne vnam quidem quæſtionem exhibet Diophantus, in qua occurrant numeri ſurdi & irrationales : neque tantùm hoc, ſed etiam videtur eos data opera declinare & quaſi fictitium quid reſpuere. Hinc ſubtiles & arte conquiſitæ poſitiones ipſius; hinc fictitia latera quadratorum, hinc duplicatæ æquationes, quæ ſane eò tendũt tantũ, vt irrationales numeri euitentur: illi enim ſi admitterentur in eiuſmodi problematibus, facillima euaderet ſolutio. Hoc innumeris exemplis poteſt demonſtrari, vnum pro omnibus ſatis erit: Libro ſecundo, quæſtione vigeſima nona, quærit duos numeros quadratos, quorum productus adſcito alterutro, faciat quadratum. Nemo non videt, admiſſis ſurdis, ſumi poſſe quoſlibet quadratos, puta 4 & 9. eorum enim productus 36 adſcito primo facit 40, & adſcito ſecundo facit 45, qui quadrati quidem non ſunt, neque enim reperiri poſſunt duo numeri qui in ſe ducti illos producant, tamen admiſſis ſurdis, erit ℞ 40 latus prioris, & ℞ 45 latus poſterioris. Siquidem radix ſurda prior in ſe ducta facit 40: & radix poſterior facit 45. Quoniam igitur illæ radices ſurdæ ſunt, alias poſitiones arte conquirit Diophantus, nempe 1 Q & $\frac{9}{16}$, ita enim productus illorum aſſumpto primo facit quadratum $\frac{25Q}{16}$ quare ſupereſt vt aſſumpto ſecundo, faciat rurſus quadratum, facit autem $\frac{9Q}{16}$ † $\frac{9}{16}$. igitur ſumma hæc eſt æquanda quadrato. Poſſet hic iterum ſumi quilibet numerus pro valore radicis, ſi ſurdi admitterentur, ſed vt id vitet Diophantus, fingit ſubtiliter latus illius numeri æquandi quadrato. Et quoniam denominator eſt quadratus, accipit tantum numeratores 9Q † 9 cuius latus fingit 3R -- 4. ergo eius quadratum 9Q † 16 -- 24R æquatur 9Q † 9. & fit 1R numerus rationalis $\frac{7}{24}$ quare

duo

duo quadrati quæſiti ſunt 49 & 9.

179 19

Vides totum Diophantum Arithmeticum eſſe: vnde non immerito quiſpiam mirari poteſt, cur ego ipſi cognomen Geometræ indiderim. Hic tandem aperiendus eſt huius operis ſcopus, qui eò tendit, vt quod Diophantus in numeris perficit, id in Geometria efficiatur. Nolim tamen tibi perſuadeas illud à me vniuerſim adeò promitti, vt nulla prorſus quæſtio excipiatur, ſi enim attentè hunc Authorem legiſti, aduerteris procul dubio duplicis generis quæſtiones ab ipſo proponi: aliæ enim Geometricis legibus expediri poſſunt, aliæ nullomodo, nè à peritiſſimo quidem Geometra, non quod ars ipſa manca ſit & deficiens, ſed quia ipſum obiectum inuoluit contradictionem. Talis eſt quæſtio quarta libri tertij qua imperatur inueniri tres quantitates tales, vt quælibet quadrato ſummæ illarum multata, faciat quadratum: quis enim poſſit tollere quadratum à linea? deinde & ſi illud fieri poſſet, quonam modo remaneret & quadratum?

Simili ratione deprehendes repugnare in Geometria, quæſtionem quintam Libri ſecundi, qua iubetur quæri duos numeros, tales vt interuallum quadratorum ad ſummam numerorum, datam habeat rationem: hoc in quam inuoluit contradictionem, quia in Geometria, interuallum quadratorum eſt ſuperficies, ſumma verò linearum eſt linea, repugnat autem ſuperficiam ad lineam habere proportionem, quia linea qnantumuis multiplicata ſuperficiem æquare aut ſuperare non poteſt.

Non aliter deprehendetur quæſtionem decimam quartam libri primi inuoluere contradictionem in Geometria, ſiquidem illic quæruntur duo numeri tales, vt productus ex eorum multiplicatione ad eorum ſummam datam habeat rationem: cæcutit plane, qui non videt repugnantiam ſecundum, leges Geometricas: nam vel quantitates quæſitæ erunt lineæ, vel plana, vel ſolida: vel partim lineæ, & partim plana aut ſolida. Si ſint lineæ, productus illarum erit ſuperficies, ſumma autem erit linea, implicat verò ſuperficiem ad lineam habere proportionem: ſi ſint plana, productus erit quantitas, imaginaria, & ſumma erit planum: fieri autem nequit, vt quantitas imaginaria ad planum reale proportionem habeat: idem dicendum

de ſolidis à fortiori, quia ſcanderetur ad ſextum vſque gradum per multiplicationem, & ſiſteretur in tertio gradu, per additionem. Quod ſi quantitates quæſitæ ſint linea & planum, producetur ſolidum, nulla autem fiet additio, quia non poteſt addi linea cum plano. idemque aſſerendum de plano reſpectu ſolidi. Ergo hæc quæſtio Diophanti repugnat in Geometrica.

Quod de tribus illis quæſtionibus dictum eſt, poteſt dici de centum & nouemdecim per totum opus prædicti Authoris ſparſis, quæ licet in Arithmetica ſoluantur, Geometricè tamen ſunt inſolubiles. Cuius quidem differentiæ ratio eſt, quia nullus eſt numerus ſiue linearis, ſiue planus, ſiue ſolidus, qui per alium numerum multiplicari non poſſit tali ratione, vt productus ex ea multiplicatione ortus ſit realis: vnde in Arithmetica ſcandi poteſt ad quotlibet gradus per multiplicationem: at verò ſunt aliquæ quantitates in Geometria quæ per aliam multiplicatæ, non niſi imaginarium quid producunt: vt ſi ducas ſolidum in lineam, aut ſuperficiem in ſolidum, cùm enim ſint tantùm tres dimentiones, nempe longitudo, latitudo & profunditas, fit vt in Geometrià vltra Corpus, quod tribus illis dimenſionibus conſtat, nihil reale deprehendatur.

Deinde in Arithmetica, numerus ſimplex addi poteſt aut detrahi plano, ſicuti etiam planus ſolido, quia & ſi formaliter ſint diuerſi generis, tamen ſecundùm realitatem ſiſtunt intra idem genus, atque ideo faciunt maius aut minus quid piam, prout adduntur vel ſub trahuntur. At vero linea ne detrahi quidem plano poteſt ſecundum rem, aut addi, quia quod planum non eſt ſecundum rem, planum maius aut minus facere nequit. Idem dic de plano reſpectu ſolidi, ob eamdem rationem.

Præterea, in numeris ſolidum ad planum habet proportionem, ſiquidem planus numerus aliquoties multiplicatus, poteſt æquare & ſuperare ſolidum: vt experientia conſtat, licet enim 4 ſit quadratus, & 8 cubus, tamen ſi 4 ſexies replicentur, fient 24, qui numerus ſecundum rem maior eſt 8. ergo 4 ad 8 habet rationem. At vero in Geometricis, linea etiam in infinitum replicata, numquam adequabit planam ſuperficiem; igitur per definitionem quintam Libri quinti Euclidis, inter eas quantitates nulla eſt ratio.

Reſtat itaque vt non omnes Diophanti Quæſtiones Geometricè perfici poſſint, ſed tantum aliquæ: nimirum illæ, quæ proportionem

duo quadrati quæſiti ſunt 49 & 9.

579 19

Vides totum Diophantum Arithmeticum eſſe: vnde non immerito quiſpiam mirari poteſt, cur ego ipſi cognomen Geometræ indiderim. Hic tandem aperiendus eſt huius operis ſcopus, qui eò tendit, vt quod Diophantus in numeris perficit, id in Geometria efficiatur, Nolim tamen tibi perſuadeas illud à me vniuerſim adeò promitti, vt nulla prorſus quæſtio excipiatur, ſi enim attentè hunc Authorem legiſti, aduerteris procul dubio duplicis generis quæſtiones ab ipſo proponi: aliæ enim Geometricis legibus expediri poſſunt, aliæ nullomodo, nè à peritiſſimo quidem Geometra, non quod ars ipſa manca ſit & deficiens, ſed quia ipſum obiectum inuoluit contradictionem. Talis eſt quæſtio quarta libri tertij qua imperatur inueniri tres quantitates tales, vt quælibet quadrato ſummæ illarum multata, faciat quadratum: quis enim poſſit tollere quadratum à linea? deinde & ſi illud fieri poſſet, quonam modo remaneret & quadratum?

Simili ratione deprehendes repugnare in Geometria, quæſtionem quintam Libri ſecundi, qua iubetur quæri duos numeros, tales vt interuallum quadratarum ad ſummam numerorum, datam habeat rationem: hoc in quam inuoluit contradictionem, quia in Geometria, interuallum quadratorum eſt ſuperficies, ſumma verò linearum eſt linea, repugnat autem ſuperficiam ad lineam habere proportionem, quia linea qnantumuis multiplicata ſuperficiem æquare aut ſuperare non poteſt.

Non aliter deprehendetur quæſtionem decimam quartam libri primi inuoluere contradictionem in Geometria, ſiquidem illic quæruntur duo numeri tales, vt productus ex eorum multiplicatione ad eorum ſummam datam habeat rationem: cæcutit plane, qui non videt repugnantiam ſecundum, leges Geometricas: nam vel quantitates quæſitæ erunt lineæ, vel plana, vel ſolida: vel partim lineæ, & partim plana aut ſolida. Si ſint lineæ, productus illarum erit ſuperficies, ſumma autem erit linea, implicat verò ſuperficiem ad lineam habere proportionem: ſi ſint plana, productus erit quantitas, imaginaria, & ſumma erit planum: fieri autem nequit, vt quantitas imaginarià ad planum reale proportionem habeat: idem dicendum

deſolidis à fortiori, quia ſcanderetur ad ſextum vſque gradum për multiplicationem,& ſiſteretur in tertio gradu,per additionem. Quod ſi quantitates quæſitæ ſint linea & planum, producetur ſolidum, nulla autem fiet additio, quia non poteſt addi linea cum plano, idemque aſſerendum de plano reſpectu ſolidi. Ergo hæc quæſtio Diophanti repugnat in Geometrica.

Quod de tribus illis quæſtionibus dictum ëſt, poteſt dici de centum & nouemdecim per totum opus prædicti Authoris ſparſis, quæ licet in Arithmetica ſoluantur, Geometricè tamen ſunt inſolubiles. Cuius quidem differentiæ ratio eſt, quia nullus eſt numerus ſiue linearis, ſiue planus, ſiue ſolidus, qui per alium numerum multiplicari non poſſit tali ratione, vt productus ex ea multiplicatione ortus ſit realis: vnde in Arithmetica ſcandi poteſt ad quotlibet gradus per multiplicationem: at verò ſunt aliquæ quantitates in Geometria quæ per aliam multiplicatæ, non niſi imaginarium quid producunt: vt ſi ducas ſolidum in lineam, aut ſuperficiem in ſolidum, cum enim ſint tantùm tres dimentiones, nempe longitudo, latitudo & profunditas, fit vt in Geometrià vltra Corpus, quod tribus illis dimenſionibus conſtat, nihil reale deprehendatur.

Deinde in Arithmetica, numerus ſimplex addi poteſt aut detrahi plano, ſicuti etiam planus ſolido, quia & ſi formaliter ſint diuerſi generis, tamen ſecundum realitatem ſiſtunt intra idem genus, atque ideo faciunt maius aut minus quid piam, prout adduntur vel ſub trahuntur. At vero linea ne detrahi quidem plano poteſt ſecundum rem, aut addi, quia quod planum non eſt ſecundum rem, planum maius aut minus facere nequit. Idem dic de plano reſpectu ſolidi, ob eamdem rationem.

Præterea, in numeris ſolidum ad planum habet proportionem, ſiquidem planus numerus aliquoties multiplicatus, poteſt æquare & ſuperare ſolidum: vt experientia conſtat, licet enim 4 ſit quadratus, & 8 cubus, tamen ſi 4 ſexies replicentur, fient 24, qui numerus ſecundum rem maior eſt 8. ergo 4 ad 8 habet rationem. At vero in Geometricis, linea etiam in infinitum replicata, numquam adequabit planam ſuperficiem; igitur per definitionem quintam Libri quinti Euclidis, inter eas quantitates nulla eſt ratio.

Reſtat itaque vt non omnes Diophanti Quæſtiones Geometricè perfici poſſint, ſed tantum aliquæ: nimirum illæ, quæ proportionem

duntaxat requirunt inter quantitates eiuſdem generis, ſicut & additionem aut ſubtractionem, & quarum productus vltra tertium gradum non progreditur. Quare nunc nihil incumbit, vt ea tantùm problemata aggrediar quæ iſtius modi ſunt: & quoniam ex illis problematibus aliqua ſunt facilima, quæ vel ab eo perfici poſſunt abſque moleſtia, qui mediocriter in Geometrià verſatus erit, ea reiecimus in appendicem Libri primi, nobiſque ſatis eſſe iudicauimus, indicare qua methodo effici poſſent: alia vero Omnia quæ ſunt grauioris momenti aut quibus ſubeſt aliqua diffidultas, in ipſo libro primo abſoluimus.

Adiecimus Librum ſecundum, quem Diophantum Geometram Promotum appellauimus, ſicut olim Marinus Ghetaldus opuſculum ſuum nominauit Archimedem Promotum: & in eo plurima inſerimus, quæ ad Geometriæ faciunt incrementum, neque enim illud duntaxat nobis eo in negotio propoſitum fuit, vt quæſtiones nouas prioribus difficiliores ſolueremus, ſed etiam vt cæteris viam aperiremus, qua vlterius, cum ipſis libuerit, progredi poſſint. Praxibus adnectimus demonſtrationes ex Euclidianis petitas fontibus, quos proinde ſupponimus, vt Geometriæ Elementa. Iudicaueram ſatis eſſe, ſi vel per Algebram ſpecioſam, vel per Numericam problemata ſoluerentur: verum placuit nonnullis, vt vtramque adhiberemus: quod ego illorum iudicio detuli. vt cuilibet pro guſtu ſuo ſatiſfiat. Et quoniam nulla eſt quæſtio apud Diophantum, in qua non occurrat aliqua æquatio, lubet paulo altius ex ipſa origine doctrinam de æquationibus repetere, vt nihil ſit quod Algebræ ſtudioſum remorari poſſit.

Doctrina de Æquationibus Diophantais.

VEl igitur occurrit æquatio inter numeros ſimplices, vel inter cõpoſitos: ſi inter ſimplices, vel illi ſunt collaterales. Si inter compoſitos, vel compoſitio ſe tenet ex vtraque parte æquationis vel ex vna tantum. Si compoſitio ſe tenet ex vna duntaxat parte, vel numerorum exponentes ſeruant proportionem arithmeticam, vel non. Si compoſitio reperitur in vtraque parte æquationes, vel ſunt numeri abſoluti cum radicibus, vel cum quadratis. De his omnibus caſibus diſcurrendum in præſenti, & oſtendendum quomodo æqua-

tio ſi reſolubilis eſt, reſolui poſſit, ſiſtendo tamen intra limites Diophantæos.

Æquatio inter numeros ſimplices collaterales.

HÆc æquatio reſoluitur diuidendo numerum minoris gradus, per numerum gradus maioris: quotiens enim ex hibet valorem radicis. Vt ſi 8 A æquentur numero abſoluto 56, diuide 56 per 8, & fit quotiens 7 pro valore A. Ratio huius rei petitur ex regula trium nam ſi 8 A dant 56, ſequitur quod 1 A dat 7. Non aliter, ſi 10 A A A æquentur 30 A A. diuidendo 30 per 10, fiet quotiens 3 pro valore A. Enimuerò ſi duo æqualia diuidantur per communem aliquem diuiſorẽ orientur duo quotientes æquales. Igitur ſi diuidas vtramque æquationis partem per 10 A A, fient A & 3 æquales, quod eſt propoſitum.

Æquatio inter numeros ſimplices non collaterales.

VOco numeros non collaterales, eos qui ſeſe ſuperant pluribus gradibus: tales ſunt numeri abſoluti & quadrata; vel cubi. Item cubi & radices. Item quadrata & quadrato --- cubi. & ſic de cæteris. Tunc autem reſoluitur æquatio per hypobibaſmum, & per diuiſionem: ſi enim deprimas characteres more conſueto, & quem olim tradidimus in Epitome Præceptorum Algebricorum, & præterea diuidas numerum minori affectum gradu per numerum maiori gradu affectum, habebis valorem radicis. vel in quotiente, vel in quotientis radice Vt ſi 3 A A A æquentur 27 A: per hypobibaſmum fiunt 3 A A æqualia 27. deinde per diuiſionem 27 per 3 fiunt 9 æquales 1 A A. Igitur extrahendo radicem quadratam ex 9, fient 3 æquales A. Rurſus ſi 20 æquentur 4 A A. diuide 20 per 4, erit quotiens 5. ergo propter characterem quadrati, fiet A æqualis ℞ 5.

Æquatio inter numerum ſimplicem, & numerum compoſitum.

HViuſmodi æquatio reſoluitur per reductionem, diuiſionem, & & extractionem radicis. Hæc autem extractio non eſt vulgaris illa quæ ab Arithmeticis traditur, ſed ſubtilior quædam præcepto

duntaxat requirunt inter quantitates eiuſdem generis, ſicut & additionem aut ſubtractionem, & quarum productus vltra tertium gradum non progreditur. Quare nunc nihil incumbit, vt ea tantùm problemata aggrediar quæ iſtius modi ſunt: & quoniam ex illis problematibus aliqua ſunt facilima, quæ vel ab eo perfici poſſunt abſque moleſtia, qui mediocriter in Geometrià verſatus erit, ea reiecimus in appendicem Libri primi, nobiſque ſatis eſſe iudicauimus, indicare qua methodo effici poſſent: alia vero Omnia quæ ſunt grauioris momenti aut quibus ſubeſt aliqua diffidultas, in ipſo libro primo abſoluimus.

Adiecimus Librum ſecundum, quem Diophantum Geometram Promotum appellauimus, ſicut olim Marinus Ghetaldus opuſculum ſuum nominauit Archimedem Promotum: & in eo plurima inſerimus, quæ ad Geometriæ faciunt incrementum, neque enim illud duntaxat nobis eo in negotio propoſitum fuit, vt quæſtiones nouas prioribus difficiliores ſolueremus, ſed etiam vt cæteris viam aperiremus, qua vlterius, cum ipſis libuerit, progredi poſſint. Praxibus adnectimus demonſtrationes ex Euclidianis petitas fontibus, quos proinde ſupponimus, vt Geometriæ Elementa. Iudicaueram ſatis eſſe, ſi vel per Algebram ſpecioſam, vel per Numericam problemata ſoluerentur: verum placuit nonnullis, vt vtramque adhiberemus: quod ego illorum iudicio detuli. vt cuilibet pro guſtu ſuo ſatiſfiat. Et quoniam nulla eſt quæſtio apud Diophantum, in qua non occurrat aliqua æquatio, lubet paulo altius ex ipſa origine doctrinam de æquationibus repetere, vt nihil ſit quod Algebræ ſtudioſum remorari poſſit.

Doctrina de Æquationibus Diophantais.

VEl igitur occurrit æquatio inter numeros ſimplices, vel inter cõpoſitos: ſi inter ſimplices, vel illi ſunt collaterales. Si inter compoſitos, vel compoſitio ſe tenet ex vtraque parte æquationis vel ex vna tantum. Si compoſitio ſe tenet ex vna duntaxat parte, vel numerorum exponentes ſeruant proportionem arithmeticam, vel non. Si compoſitio reperitur in vtraque parte æquationes, vel ſunt numeri abſoluti cum radicibus, vel cum quadratis. De his omnibus caſibus diſcurrendum in præſenti, & oſtendendum quomodo æqua-

tio ſi reſolubilis eſt, reſolui poſſit, ſiſtendo tamen intra limitẽs Diophantæos.

Æquatio inter numeros ſimplices collaterales.

HÆc æquatio reſoluitur diuidendo numerum minoris gradus, per numerum gradus maioris: quotiens enim ex hibet valorem radicis. Vt ſi 8 A æquentur numero abſoluto 56, diuide 56 per 8, & fit quotiens 7 pro valore A. Ratio huius rei petitur ex regula trium nam ſi 8A dant 56, ſequitur quod 1A dat 7. Non aliter, ſi 10 A A A æquentur 30AA. diuidendo 30 per 10, fiet quotiens 3 pro valore A. Enimuerò ſi duo æqualia diuidantũr per communem aliquem diuiſoré orientur duo quotientes æquales. Igitur ſi diuidas vtramque æquationis partem per 10 A A, fient A & 3 æquales, quod eſt propoſitum.

Æquatio inter numeros ſimplices non collaterales.

VOco numeros non collaterales, eos qui ſeſe ſuperant pluribus gradibus: tales ſunt numeri abſoluti & quadrata; vel cubi. Item cubi & radices. Item quadrata & quadrato-cubi. & ſic de cæteris. Tunc autem reſoluitur æquatio per hypobibaſmum, & per diuiſionem: ſi enim deprimas characteres more conſueto, & quem olim tradidimus in Epitome Præceptorum Algebricorum, & prætereà diuidas numerum minori affectum gradu per numerum maiori gradu affectum, habebis valorem radicis. vel in quotiente, vel in quotientis radice Vt ſi 3 A A A æquentur 27A: per hypobibaſmum fiunt 3 A A æqualia 27. deinde per diuiſionem 27 per 3 fiunt 9 æquales 1 A A. Igitur extrahendo radicem quadratam ex 9, fient 3 æquales A. Rurſus ſi 20 æquentur 4 A A. diuide 20 per 4, erit quotiens 5. ergo propter characterem quadrati, fiet A æqualis ℞5.

Æquatio inter numerum ſimplicem, & numerum compoſitum.

HViuſmodi æquatio reſoluitur pér reductionem, diuiſionem, & & extractionem radicis. Hæc autem extractio non eſt vulgaris illa quæ ab Arithmeticis traditur, ſed ſubtilior quædam præcepto

ſequenti comprehenſa. Dimidium numeri radicum ſume: huius dimidij quadrato adde vel ſubtrahe numerum abſolutum, prout ſigno † vel -- afficitur: ſummæ vel reſidui radix quadrata aucta vel multata dimidio numeri radicum, ſecundum conditionem ſuam, exhibebit valorem radicis.

Vt ſi 7 A A --- 14 A reperiantur æquari 168, fiet reductio per metatheſim tali ratione vt relinquatur ſolus maior character coſſicus: vnde in hoc exemplo erunt 7 A A æqualia 168 † 14 A. Deinde diuidentur ſingula per numerum maioris characteris coſſici, qui in noſtro exemplo eſt 7. atque ita poſt diuiſionem, exiſtet 1 A A æquale 24 † 2 A. Hinc procedes ad extractionem radicis hoc modo: dimidium numeri radicum eſt 1, cuius quadratum 1 additum numero abſoluto 24, facit ſummam 25, huius radix quadrata 5 aucta dimidio numeri radicum 1, facit 6 pro valore radicis A.

Aduerte hactenus non eſſe inuentam methodū. vniuerſalem pro omnibus tùm integris, tùm fractis, tùm ſurdis, niſi exponentes trium numerorum æquationem componentium, ſeruent proportionem arithmeticam, iuxta aliquam complicationem.

Æquatio numeri compoſiti cum quadrato.

HÆc æquatio non eſt reſolubilis niſi alter duorum numerorum ſimplicium, qui faciunt compoſitum, ſit quadratus: cum vero vnus eorum quadratus eſt, facile poteſt reſolui.

Vt ſi iubeatur quis æquare numerum 16 † 8A quadrato. Debet fingi latus illas ex duobus ſimplicibus, quorū vnus ſit latus 16 nempe 4. alter autem fingetur aliquot radicum, & ne incidas in æquationem impoſſibilem, numerus ille radicum non debet eſſe 1A cum ſigno †, ſic enim prædicti quadrati latus foret 4 † 1A, quod eſt impoſſibile, ſiquidem huius poſterioris quadratum eſt 16 † 1 A A † 8A, quod nullatenus æquari poteſt 16 † 8A, cum conſtet vel ex ipſa inſpectione poſteriorem hunc numerum 16 † 8A, priore 16 † 1A A † 8A eſſe minorem. Quare prior numerus datus æquari debet quadrato cuius latus ſit 4 cum defectu vnius vel plurium radicum, pro libito puta 4 -- 2A. huius enim quadratum 16 † 4 A A -- 16A æquatim 16 † 8A, dabit 6 pro valore radicis. Nam ſublatis vtrobique 16, & additis vtrobique 16 A, fient 4 A A æquales 24A, numeri

collaterales, ac proinde A æquatur 6, per ea quæ prius dicta ſunt. Et hoc manifeſtum eſt nam ſi A eſt 6 erunt 8A æquales 48, qui cum 16, facit quadratum 64. Quod ſi velles radicem aſſumptam habere ſignum †, deberet illa radix eſſe minor 1A. ſic potuit ſumi 4 cum defectu dimidiæ vnitatis pro latere quadrati æquandi 16 † 8A, & in eo caſu reperiretur 16 pro valore radicis. Quod patet, nam ſic 8A æquarentur 128, qui cum 16, faceret quadratum 144. atque ita patet infinitè poſſe reſolui numerum datum, & ſatisfieri propoſitio.

Non alitèr rem abſolues ſi numerus coſſicus ſit quadratus. Vt ſi detur 4 A A † 29 æquandus quadrato. Finges latus illius quadrati 2A † 1. ergo huius quadratum 4 A A † 1 † 4A æquale eſt 4AA. † 29. ſublatiſque vtrinque 4 A A † 1, reſtabunt 4 A æquales 28 & ſit A æqualis 7. cuius quadruplum quadratum 196 additum 29, facit quadratum 225. Quod ſi volueris adnectere numerum abſolutum cum ſigno †, oportebit vt eius quadratum ſuperet 29.

Pari ratione, negotium iſtud perfici poteſt ſi numerus quadratus habeat adiunctas radices vel numerum abſolutum cum ſigno --.

Æquatio duplicata, quæ ſæpe occurrit apud Diophantum.

Est inuentio numeri, qui ſumptus pro valore radicis, ſatisfacit vtrique parti æquationis. De illa dari poteſt hoc præceptum vniuerſale.

Cape duos numeros producentes differentiam numerorum coſſicorum compoſitorum : horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquetur maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquetur minori, & fiet vtrobique idem valor radicis qui quæritur.

Exempli cauſa, ſi quæratur numerus qui additus 5 & 29 faciat duos quadratos. Pones pro illo numero A. ergo A † 5 & A † 29 æquantur quadrato eſt que æquatio duplicata differentiam horum duorum numerorum eſt 24 hæc differentia producitur à duobus 2. & 12 ductis inuicem. quare horum producentium ſumma & differentia ſunt 14 & 10. horum ſemiſſes 7 & 5. quadrata ſemiſſium 49 & 25. igitur vel 49 æquetur maiori A † 29. vel 25 æquetur minori A † 5 & prodibit vtrobique valore radicis 20. quo addito 5 & 29 fiunt duo quadrati 25 & 49.

ſequenti comprehenſa. Dimidium numeri radicum ſume: huius dimidij quadrato adde vel ſubtrahe numerum abſolutum, prout ſigno † vel -- afficitur: ſummæ vel reſidui radix quadrata aucta vel multata dimidio numeri radicum, ſecundum conditionem ſuam, exhibebit valorem radicis.

Vt ſi 7 A A --- 14 A reperiantur æquari 168, fiet reductio per metatheſim tali ratione vt relinquatur ſolus maior character coſſicus: vnde in hoc exemplo erunt 7 A A æqualia 168 † 14 A. Deinde diuidentur ſingula per numerum maioris characteris coſſici, qui in noſtro exemplo eſt 7. atque ita poſt diuiſionem, exiſtet 1 A A æquale 24 † 2 A. Hinc procedes ad extractionem radicis hoc modo: dimidium numeri radicum eſt 1, cuius quadratum 1 additum numero abſoluto 24, facit ſummam 25, huius radix quadrata 5 aucta dimidio numeri radicum 1, facit 6 pro valore radicis A.

Aduerte hactenus non eſſe inuentam methodū. vniuerſalem pro omnibus tùm integris, tùm fractis, tùm ſurdis, niſi exponentes trium numerorum æquationem componentium, ſeruent proportionem arithmeticam, iuxta aliquam complicationem.

Æquatio numeri compoſiti cum quadrato.

HÆc æquatio non eſt reſolubilis niſi alter duorum numērorum ſimplicium, qui faciunt compoſitum, ſit quadratus: cum vero vnus eorum quadratus eſt, facile poteſt reſolui.

Vt ſi iubeatur quis æquare numerum 16 † 8A quadrato. Debet fingi latus illas ex duobus ſimplicibus, quorū vnus ſit latus 16 nempe 4. alter autem fingetur aliquot radicum, & ne incidas in æquationem impoſſibilem, numerus ille radicum non debet eſſe 1A cum ſigno †, ſic enim prædicti quadrati latus foret 4 † 1A, quod eſt impoſſibile, ſiquidem huius poſterioris quadratum ēſt 16 † 1 A A † 8A, quod nullatenus æquari poteſt 16 † 8A, cum conſtet vel ex ipſa inſpectione poſteriorem hunc numerum 16 † 8A, priore 16 † 1A A † 8A eſſe minorem. Quare prior numerus datus æquari debet quadrato cuius latus ſit 4 cum defectu vnius vel plurium radicum, pro libito puta 4 -- 2A. huius enim quadratum 16 † 4 A A -- 16A æquatim 16 † 8A, dabit 6 pro valore radicis. Nam ſublatis vtrobique 16, & additis vtrobique 16 A, fient 4 A A æquales 24A, numeri

6

collaterales, ac proinde A æquatur 6, per ea quæ prius dicta ſunt. Et hoc manifeſtum eſt nam ſi A eſt 6 erunt 8A æquales 48, qui cum 16, facit quadratum 64. Quod ſi velles radicem aſſumptam habere ſignum †, deberet illa radix eſſe minor 1A. ſic potuit ſumi 4 cum defectu dimidiæ vnitatis pro latere quadrati æquandi 16 † 8A, & in eo caſu reperiretur 16 pro valore radicis. Quod patet, nam ſic 8A æquarentur 128, qui cum 16, faceret quadratum 144. atque ita patet infinitè poſſe reſolui numerum datum, & ſatisfieri propoſitio.

Non aliter rem abſolues ſi numerus coſſicus ſit quadratus. Vt ſi detur 4 A A † 29 æquandus quadrato. Finges latus illius quadrati 2A † 1. ergo huius quadratum 4 A A † 1 † 4 A æquale eſt 4AA. † 29. ſublatiſque vtrinque 4 A A † 1, reſtabunt 4 A æquales 28 & ſit A æqualis 7. cuius quadruplum quadratum 196 additum 29, facit quadratum 225. Quod ſi volueris adnectere numerum abſolutum cum ſigno †, oportebit vt eius quadratum ſuperet 29.

Pari ratione, negotium iſtud perfici poteſt ſi numerus quadratus habeat adiunctas radices vel numerum abſolutum cum ſigno--.

Æquatio duplicata, quæ ſæpe occurrit apud Diophantum.

ESt inuentio numeri, qui ſumptus pro valore radicis, ſatisfacit vtrique parti æquationis. De illa dari poteſt hoc præceptum vniuerſale.

Cape duos numeros producentes differentiam numerorum coſſicorum compoſitorum : horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquetur maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquetur minori, & fiet vtrobique idem valor radicis qui quæritur.

Exempli cauſa, ſi quæratur numerus qui additus 5 & 29 faciat duos quadratos. Pones pro illo numero A. ergo A † 5 & A † 29 æquantur quadrato eſt que æquatio duplicata differentiam horum duorum numerorum eſt 24 hæc differentia producitur à duobus 2. & 12 ductis inuicem. quare horum producentium ſumma & differentia ſunt 14 & 10. horum ſemiſſes 7 & 5. quadrata ſemiſſium 49 & 25. igitur vel 49 æquetur maiori A † 29. vel 25 æquetur minori A † 5 & prodibit vtrobique valore radicis 20. quo addito 5 & 29 fiunt duo quadrati 25 & 49.

Rurſus, ſi quæratur numerus à quo detractus *3* & *35* fiant quadrati. Pone A pro illo numero. Igitur A -- *3* & A -- *35* æquantur quadrato tolle minorem A -- 35 à maiore A -- *3*. differentia eſt *32*, quàm producunt 2 & *16*. horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus 81 æquetur maiori A -- *3*. vel horum producentium differentiæ ſemiſſis quadratus *49* æquetur minori A -- *35*. & prodibit vtrobique 84 pro valore radicis, quo multato *3* & *35* relinquentur quadrati quæſiti 81 & *49*. denique quoties reperitur idem numerus radicum cum vnitatibus facile reſoluetur duplicata æqualitas ſiue numerus vnitatum afficiatur ſigno † ſiue ſigno --. ſic reſolues *3* A -- *6* & *3* A -- 11. ſic reſolues 20 -- *3* R & 1*3* R. ſic reſolues *3* R † 7 & *3* R -- 18. ſi tamen radices afficiantur diuerſis ſignis vt *3* † A & 22 -- A non facilè reſoluitur.

Alter Caſus, eſt dum datur diuerſus numerus radicum & numerus vnitatum eſt quadratus & tunc eodem modo ſoluitur duplicata æqualitas aduerte tamen alterum ex duobus producentibus debere tunc eſſe duplum lateris quadrati vnitatum. vt ſi detur 8 A † 4 & *6* R † 4 differentia eſt 2 A & quia latus quadrati 4 eſt 2 cuius duplum 4 debet vnus ex producentibus eſſe 4 alter vero habetur diuidendo 2 A per *4* eſtque 1 A. horum ſummæ ſemiſſis quadratus

2

æquētur 8 A † 4 vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquētur *6* A † 4. & fiet vtrobique idem valor radicis 112.

Rurſus, idem fiet ſi quadratus vnitatum ſit inæqualis: vt ſi dentur 10 A † *9* & 5 A † 4 duces priorē in 4 quadratū poſterioris & fiet 40 A † *36*. ſimiliterque duces poſteriorem in *9* quadratum prioris & fiet 45 A † *36* & tunc fit caſus præcedens. cape igitur duos producentes 5 A quorum vnus ſit 12 (duplum lateris quadrati vnitum *36*) horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori 45 A † *36* vel differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori 40 A † *36* dat pro valore radicis 48*96*. Quare in poſterioribus nu-

5

meris quadrati erunt 44100 & *39*204. in prioribus vero *98*01 & *4960*.

Tertius Caſus eſt cum numeri radicum & vnitatum ſunt inæquales, & vnitates non faciunt quadratum ſed numeri radicum ſe ha-

bẽt ſicut quadratus ad quadratum. Vt ſi ſint quadrato æquandi 65†8A & 189†18A. Vides numerum 18 ad numerum 8 ſe habere ſicut quadratus 9 ad quadratum 4. Igitur ductis 65†8A in 9 fient 585 † 72A æquandi quadrato. Ductis autem 189†18A in 4 fient 756†72A æquandi quadrato. Reductus eſt ergo tertius ille caſus ad primum nam 585†72A & 756†72A æquari debent quadrato. Iſtorum differentia eſt 171 igitur duo producentes ſunt 171 & 1. ſummæ ſemiſſis quadratus 7396 æquetur maiori 756 †72A vel differentiæ ſemiſſis quadratus 7225 æquetur minori 585 † 72A, & prodibit vbique valor radicis 830.

9

Qartus Caſus eſt cum vterque compoſitorum numerorum habet radices & vnitates in æquales nec vnitatum numeri ſunt quadratis nec habent rationem quadrati ad quadratum. Tunc enim contingere poteſt ſolutio dupliciter.

Primò, cum numerorum quadrato æquandorum differentià talis eſt, vt ea per aliquem vnitatum numerum multiplicata aut diuiſa, & producto vel quotiente à minore propoſitorum numerorum detracto, ſupereſt vnitatum numerus quadratus. Vt ſi ſint quadrato æquandi 3A†13 & 1A†7. quia horum interuallum eſt 2A†6 quo diuiſo per 2 fit 1A†3, quem ſi tollas à minori 1A†7 reſtat numerus quadratus 4. ſic ſolues duplicatam æqualitatem. Conſidera tres terminos 3A † 13. & 1A†7. & 4 differentia duorum maiorum 2A†6 dupla eſt differentiæ duorum minorum 1A†3. quare quærendi duo numeri quadrati tales vt illorum differentia ſit dupla interualli quo minor illorum ſuperat 4. latus minoris ſit 1A † 2 (2 eſt latus quadrati 4) huius quadratum eſt 1AA † 4 † 4A. hinc tolle 4, reſtabit 1AA†4A. cuius duplum 2AA†8A additum prædicto quadrato 1AA†4†4A æquandum quadrato id autem multis modis fieri poteſt quia numerus abſolutus eſt quadratus. Si enim fingas latus 2 -- 2 A vel 2 -- 3 A deprehendes abſoluendo operationem 1444 & 484 vel 100 & 36 pro duobus quadratis quæſitis. Tales enim ſunt vt illorum differentia dupla ſit interualli quo minor quadratus ſuperat 4. igitur ſi minorem quadratum 484 (vel 36) æques minori numero dato 1A†7. fiet 477 vel (29) pro valore radicis.

Rurſus, ſi quæratur numerus à quo detractus 3 & 35 fiant quadrati. Pone A pro illo numero. Igitur A -- 3 & A -- 35 æquantur quadrato tolle minorem A -- 35 à maiore A -- 3. differentia eſt 32, quàm producunt 2 & 16. horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus 81 æquetur maiori A -- 3. vel horum producentium differentiæ ſemiſſis quadratus 49 æquetur minori A -- 35. & prodibit vtrobique 84 pro valore radicis, quo multato 3 & 35 relinquentur quadrati quæſiti 81 & 49. denique quoties reperitur idem numerus radicum cum vnitatibus facile reſoluetur duplicata æqualitas ſiue numerus vnitatum afficiatur ſigno † ſiue ſigno --. ſic reſolues 3 A -- 6 & 3 A -- 11. ſic reſolues 20 -- 3 R & 13 R. ſic reſolues 3 R † 7 & 3 R -- 18. ſi tamen radices afficiantur diuerſis ſignis vt 3 † A & 22 -- A non facilè reſoluitur.

Alter Caſus, eſt dum datur diuerſus numerus radicum & numerus vnitatum eſt quadratus & tunc eodem modo ſoluitur duplicata æqualitas aduerte tamen alterum ex duobus producentibus debere tunc eſſe duplum lateris quadrati vnitatum. vt ſi detur 8 A † 4 & 6 R † 4 differentia eſt 2 A & quia latus quadrati 4 eſt 2 cuius duplum 4 debet vnus ex producentibus eſſe 4 alter vero habetur diuidendo 2 A per 4 eſtque $\frac{1 A.}{2}$ horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquetur 8 A † 4 vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquetur 6 A † 4. & fiet vtrobique idem valor radicis 112.

Rurſus, idem fiet ſi quadratus vnitatum ſit inæqualis: vt ſi dentur 10 A † 9 & 5 A † 4 duces priorē in 4 quadratū poſterioris & fiet 40 A † 36. ſimiliterque duces poſteriorem in 9 quadratum prioris & fiet 45 A † 36 & tunc fit caſus præcedens. cape igitur duos producentes 5 A quorum vnus ſit 12 (duplum lateris quadrati vnitum 36) horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori 45 A † 36 vel differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori 40 A † 36 dat pro valore radicis $\frac{4896}{5}$. Quare in poſterioribus numeris quadrati erunt 44100 & 39204 in prioribus vero 9801 & 4960.

Tertius Caſus eſt cum numeri radicum & vnitatum ſunt inæquales, & vnitates non faciunt quadratum ſed numeri radicum ſe ha-

bent ſicut quadratus ad quadratum. Vt ſi ſint quadrato æquandi 65†8A & 189†18A. Vides numerum 18 ad numerum 8 ſe habere ſicut quadratus 9 ad quadratum 4. Igitur ductis 65†8A in 9 fient 585 † 72A æquandi quadrato. Ductis autem 189†18A in 4 fient 756†72A æquandi quadrato. Reductus eſt ergo tertius ille caſus ad primum nam 585†72A & 756†72A æquari debent quadrato. Iſtorum differentia eſt 171 igitur duo producentes ſunt 171 & 1. ſummæ ſemiſſis quadratus 7396 æquetur maiori 756 †72A vel differentiæ ſemiſſis quadratus 7225 æquetur minori 585 † 72A, & prodibit vbique valor radicis 830.

9

Qartus Caſus eſt cum vterque compoſitorum numerorum habet radices & vnitates in æquales nec vnitatum numeri ſunt quadrati nec habent rationem quadrati ad quadratum. Tunc enim contingere poteſt ſolutio dupliciter.

Primò, cum numerorum quadrato æquandorum differentià talis eſt, vt ea per aliquem vnitatum numerum multiplicata aut diuiſa, & producto vel quotiente à minore propoſitorum numerorum detracto, ſupereſt vnitatum numerus quadratus. Vt ſi ſint quadrato æquandi 3A†13 & 1A†7. quia horum interuallum eſt 2A†6 quo diuiſo per 2 fit 1A†3, quem ſi tollas à minori 1A†7 reſtat numerus quadratus 4. ſic ſolues duplicatam æqualitatem. Conſidera tres terminos 3A † 13. & 1A†7. & 4 differentia duorum maiorum 2A†6 dupla eſt differentiæ duorum minorum 1A†3. quare quærendi duo numeri quadrati tales vt illorum differentia ſit dupla interualli quo minor illorum ſuperat 4. latus minoris ſit 1A†2 (2 eſt latus quadrati 4) huius quadratum eſt 1AA † 4 † 4A. hinc tolle 4, reſtabit 1AA†4A. cuius duplum 2AA†8A additum prædicto quadrato 1AA†4†4A æquandum quadrato id autem multis modis fieri poteſt quia numerus abſolutus eſt quadratus. Si enim fingas latus 2 -- 2 A vel 2 -- 3 A deprehendes abſoluendo operationem 1444 & 484 vel 100 & 36 pro duobus quadratis quæſitis. Tales enim ſunt vt illorum differentia dupla ſit interualli quo minor quadratus ſuperat 4. igitur ſi minorem quadratum 484 (vel 36) æques minori numero dato 1A†7. fiet 477 vel (29) pro valore radicis.

Secundo

Secundò, cum numerorum quadrato æquandorum differentia talis eſt, vt per aliquem vnitatum numerum multiplicata aut diuiſa, & producto vel quotiente à minore propoſitorum numerorum detracto reſtet numerus, qui ad multiplicatorem aut diuiſionem ſe habeat vt quadratus ad quadratum, æqualitas eſt reſolubilis. Vt ſi ſint quadrato æquandi *6* A † 25 & 2 A † *3* horum differentia eſt 4 A † 22 diuiſa per 2, dat quotientem 2 A † 11, quo detracto à minore 2 A † 3 facit reſiduum -- 8, qui numerus 8 ad diuiſorem 2, eſt vt quadratus 4 ad quadratum 1. ſic operaberis. Conſidera tres numeros *6* A † 25 & 2 A † 3 & --- 8. maiorum differentia 4 A † 22 dupla eſt differentiæ duorum minorum 2 A † 11. igitur in quirendi duo quadrati quorum differentia ſit dupla interualli quo minor ſuperat -- 8. Ponatur minor quadratus 1 A A hinc ſublato -8, fit reſiduum 1 A A † 8. huius duplum 2 A A † *16* additum minori quadrato exhibet ſummam *3* A A † *16* æquandam quadrato. id autem fieri poteſt multis modis. Finge latus *4* -- *3* A (4 eſt latus *16*) ergo quadratum eius *16* † *9* A A -- 24 A æquatur *3* A A † *16*. & fit 1 A æqualis 4. quadrati autem quæſiti 16 & *6*4. vnde ſi æques 16 minori dato 2 A † *3*. vel *6*4 maiori dato *6* A † 25, fit vtrobique valor radicis $\frac{13}{2}$.

Quintus & vltimus caſus eſt cum propoſiti numeri quadrato æquandi, diuerſimode componnntur ex quadratis radicibus & vnitatibus. vt autem tunc reſolubilis ſit æqualitas nec eſſe eſt vt quadratorum vel vnitatum numerus ſit quadratus, deinde interuallum propoſitorum numerorum debet conſtare vna tantum aut duabus tantum ſpeciebus hunc caſum ſequentia exempla illuſtrabunt.

Exemplum, primũ ſint æquandi quadrato 4 A A † 3 A - 1 & 4 A A † 4- A -- 1 horum differentia eſt 1 A. elige duos producentes hanc differentiam tales, vt in altero eorum reperiatur duplum lateris quadratorum 2 A. duo itaque producentes erunt 4 A & $\frac{1}{4}$. horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquetur maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquetur minori, & fiet 1 A æqualis $\frac{65}{224}$.

Exemplum ſecundum. Sint æquandi quadrato 4AA -- 1A -- 4 & 4AA † 15A. horum differentia eſt 16A † 4. producentes erunt 4 & 4A † 1 (4A eſt duplum lateris quadratorum) ergo vel horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori, dabit valorem radicis $\frac{5}{4}$.

Exemplum Tertium. Sint quadrato æquandi 12 & 13A -- 12. eo-
2
rum differentia eſt 1 AA -- $\frac{13A}{2}$ quare producentes hanc differentiam eligi debẽt tales, vt in earum ſumma ſint 2A (duplum lateris quadrati). erunt ergo producentes 1A & 1A -- $\frac{13}{2}$. horum producẽtium ſummæ ſemiſſis quadratus, æquatus maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori, dabit valorem radicis $\frac{361}{104}$.

Exemplum quartum. Sint quadrato æquãdi 1AA † 1A -- 1 & 1Q -- 1. horum differentia eſt 1A. producentes erunt 1 & $\frac{2A}{2}$. ergo vel horum producẽtium ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori, vel differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori dabit valorem radicis $\frac{17}{8}$.

Atque hæc ſatis ſunto, qui plura volet conſulat Bachẽtum in commentarius Diophanti à quo iſta deſcripſimus, ne quid hinc operi de eſſe videatur. Quoniam verò huius vltimæ praxeos tàm vtilis & tam crebrò repetitæ demonſtrationem omiſit; lubet eam hic paucis explicare.

Secundò, cum numerorum quadrato æquandorum differentia talis eſt, vt per aliquem vnitatum numerum multiplicata aut diuiſa, & producto vel quotiente à minore propoſitorum numerorum detracto reſtet numerus, qui ad multiplicatorem aut diuiſionem ſe habeat vt quadratus ad quadratum, æqualitas eſt reſolubilis. Vt ſi ſint quadrato æquandi $6A + 25$ & $2A + 3$ horum differentia eſt $4A + 22$ diuiſa per 2, dat quotientem $2A + 11$, quo detracto à minore $2A + 3$ facit reſiduum $-- 8$, qui numerus 8 ad diuiſorem 2, eſt vt quadratus 4 ad quadratum 1. ſic operaberis. Conſidera tres numeros $6A + 25$ & $2A + 3$ & $-- 8$. maiorum differentia $4A + 22$ dupla eſt differentiæ duorum minorum $2A + 11$. igitur inquirendi duo quadrati quorum differentia ſit dupla interualli quo minor ſuperat $-- 8$. Ponatur minor quadratus $1AA$ hinc ſublato -8, ſit reſiduum $1AA + 8$. huius duplum $2AA + 16$ additum minori quadrato exhibet ſummam $3AA + 16$ æquandam quadrato. id autem fieri poteſt multis modis. Finge latus $4 -- 3A$ (4 eſt latus 16) ergo quadratum eius $16 + 9AA -- 24A$ æquatur $3AA + 16$. & fit $1A$ æqualis 4. quadrati autem quæſiti 16 & 64. vnde ſi æques 16 minori dato $2A + 3$. vel 64 maiori dato $6A + 25$, fit vtrobique valor radicis $\frac{13}{2}$.

Quintus & vltimus caſus eſt cum propoſiti numeri quadrato æquandi, diuerſimode componnntur ex quadratis radicibus & vnitatibus. vt autem tunc reſolubilis ſit æqualitas nec eſſe eſt vt quadratorum vel vnitatum numerus ſit quadratus, deinde interuallum propoſitorum numerorum debet conſtare vna tantum aut duabus tantum ſpeciebus hunc caſum ſequentia exempla illuſtrabunt.

Exemplum, primû ſint æquandi quadrato $4AA + 3A - 1$ & $4AA + 4A -- 1$ horum differentia eſt $1A$. elige duos producentes hanc differentiam tales, vt in altero eorum reperiatur duplum lateris quadratorum $2A$. duo itaque producentes erunt $4A$ & $\frac{1}{4}$. horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquetur maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquetur minori; & fiet $1A$ æqualis $\frac{65}{224}$.

ũ

Exemplum ſecundum. Sint æquandi quadrato 4 A A -- 1 A -- 4 & 4 A A + 15 A. horum differentia eſt 16 A + 4. producentes erunt 4 & 4 A + 1 (4 A eſt duplum lateris quadratorum) ergo vel horum ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori, dabit valorem radicis $\frac{5}{4}$.

Exemplum Tertium. Sint quadrato æquandi 12 & $\frac{13}{2}$A -- 12. eorum differentia eſt 1 AA -- $\frac{13}{2}$A quare producentes hanc differentiam eligi debent tales, vt in earum ſumma ſint 2 A (duplum lateris quadrati). erunt ergo producentes 1A & 1A -- $\frac{13}{2}$. horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus, æquatus maiori, vel horum differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori, dabit valorem radicis $\frac{361}{104}$.

Exemplum quartum. Sint quadrato æquandi 1 A A + 1 A -- 1 & 1 Q -- 1. horum differentia eſt 1 A. producentes erunt $\frac{1}{2}$ & 2 A. ergo vel horum producentium ſummæ ſemiſſis quadratus æquatus maiori, vel differentiæ ſemiſſis quadratus æquatus minori dabit valorem radicis $\frac{17}{8}$.

Atque hæc ſatis ſunto, qui plura volet conſulat Bachetum in commentarius Diophanti à quo iſta deſcripſimus, ne quid hinc operi deeſſe videatur. Quoniam verò huius vltimæ praxeos tàm vtilis & tam crebrò repetitæ demonſtrationem omiſit; lubet eam hic paucis explicare.

Si fuerint duo quadrata quæcumque quorum differentia æqualis ſit plano ſub duabus quantitatibus comprehenſo, erit quadratus ſemiſſis ſummæ illarum duarum quantitatum æqualis maiori quadrato, & quadratus ſemiſſis differentiæ earumdem quantitatem æqualis quadrato minori.

ESto enim, ſiue in lineis, ſiue in numeris, quadratum maius A B, & quadratum minus A C. Sumatur verò A D æqualis A C, & D E æqualis C B, erit rectangulum E C B æquale differentiæ quadratorum A B & A C, ſiquidem per quartam ſecundi Euclidis quadratum A B æquatur quadratis A C & C B & duplo rectanguli A C B. Duplum autem rectangulum A C B eſt æquale rectangulo D C B, quia D A ſumpta fuit æqualis A C. Rectangulũ verò E D in C B æquatur quadrato C B quia aſſumpta eſt E D æqualis C B. Igitur quadratum A B æquatur rectangulo E C B & quadrato A C. Ac proinde rectangulum E C B eſt differentia quadratorum A B & A C. Eſt autem duarum illarum quantitatum E C & C B ſemiſſis A B cuius quadratum æquatur maiori quadrato dato, & earumdem quantitatum differentia eſt D C, cuius ſemiſſis eſt A C habens quadratum æquale minori quadrato dato. Ergo &c. quod eſt propoſitum.

E...D..A..C...B

F G

21 1

Immò ſi capiantur duæ aliæ quantitates quæcumque F G, quarum rectangulum æquetur rectangulo E C B, quadrata ſummæ ſemiſſis, & ſemiſſis differentiæ illarum, different per rectangulum E C B. Quoniam enim F G rectangulum æquatur rectangulo E C B quadratum F --- G differet à quadrato F † G per quadruplum rectangulum E C B, ſiquidem quadratum F † G eſt F F † G G † 2 F G, quadratum vero F -- G eſt F F † G G -- 2 F G hoc poſterius ſi tollatur à priori remanet 4 F G ſed rectangulum F G æquatur rectangulo E C B. Igitur quadratum F † G differt à quadrato F -- G per quadruplũ rectangulum E C B. Ergo quadrans quadrati F † G (ſeu quadratum ſemiſſis ſummæ) differt à quadrante quadrati F --- G (ſeu à quadrato ſemiſſis differentiæ) per rectangulum

ECB. Ac proinde, ſi ſumantur duæ quantitates quæcumque quarum rectangulum æquetur rectangulo E C B, quadrata ſemiſſis ſummæ illarum & ſemiſſis differentiæ different per hoc idem rectangulum. Quod erat demonſtrandum.

Igitur cum in præcedentibus praxibus habeatur differentia quantitatum quadrato æquandorum, & inueniantur duæ quantitates hanc differentiam producentes, & quadrata ipſa ſint de ſe indeterminata, rectè omnes huiuſmodi praxes procedunt, quod eſt propoſitum.

Si fuerint duo quadrata quæcumque quorum differentia æqualis ſit plano ſub duabus quantitatibus comprehenſo, erit quadratus ſemiſſis ſummæ illarum duarum quantitatum æqualis maiori quadrato, & quadratus ſemiſſis differentiæ earumdem quantitatem æqualis quadrato minori.

ESto enim, ſiue in lineis, ſiue in numeris, quadratum maius A B, & quadratum minus A C. Sumatur verò A D æqualis A C, & D E æqualis C B, erit rectangulum E C B æquale differentiæ quadratorum A B & A C, ſiquidem per quartam ſecundi Euclidis quadratum A B æquatur quadratis A C & C B & duplo rectanguli A C B. Duplum autem rectangulum A C B eſt æquale rectangulo D C B, quia D A ſumpta fuit æqualis A C. Rectangulũ verò E D in C B æquatur quadrato C B quia aſſumpta eſt E D æqualis C B. Igitur quadratum A B æquatur rectangulo E C B & quadrato A C. Ac proinde rectangulum E C B eſt differentia quadratorum A B & A C. Eſt autem duarum illarum quantitatum E C & C B ſemiſſis A B cuius quadratum æquatur maiori quadrato dato, & earumdem quantitatum differentia eſt D C, cuius ſemiſſis eſt A C habens quadratum æquale minori quadrato dato. Ergo &c. quod eſt propoſitum.

E...D..A..C...B

F G

21 1

Immò ſi capiantur duæ aliæ quantitates quæcumque F G, quarum rectangulum æquetur rectangulo E C B, quadrata ſummæ ſemiſſis, & ſemiſſis differentiæ illarum, different per rectangulum E C B. Quoniam enim F G rectangulum æquatur rectangulo E C B quadratum F --- G differet à quadrato F † G per quadruplum rectangulum E C B, ſiquidem quadratum F † G eſt F F † G G † 2 F G, quadratum vero F -- G eſt F F † G G -- 2 F G hoc poſterius ſi tollatur à priori remanet 4 F G ſed rectangulum F G æquatur rectangulo E C B. Igitur quadratum F † G differt à quadrato F -- G per quadruplũ rectangulum E C B. Ergo quadrans quadrati F † G (ſeu quadratum ſemiſſis ſummæ) differt à quadrante quadrati F --- G (ſeu à quadrato ſemiſſis differentiæ) per rectangulum

ECB. Ac proinde, ſi ſumantur duæ quantitates quæcumque quarum rectangulum æquetur rectangulo ECB, quadrata ſemiſſis ſummæ illarum & ſemiſſis differentiæ different per hoc idem rectangulum. Quod erat demonſtrandum.

Igitur cum in præcedentibus praxibus habeatur differentia quantitatum quadrato æquandorum, & inueniantur duæ quantitates hanc differentiam producentes, & quadrata ipſa ſint de ſe indeterminata, rectè omnes huiuſmodi praxes procedunt, quod eſt propoſitum.

DIOPHANTI GEOMETRÆ.

LIBER PRIMVS.

IN QVO OMNES DIOPHANTI Alexandrini quæſtiones quæ Geometricè fieri poſſunt, tùm per Algebram communem, tùm etiam per ſpecioſam, & quod hic præſertim intendimus, per Geometriam abſoluuntur.

Propositio I.

Datam quantitatem diuidere in duas partes quarum datum ſit interuallum.

ESto datus numērus 100, quem oporteat diuiderē in duos, ita vt illorum interuallum ſit 40. Ponatur 1 R pro minore, ergo major erit 100 — 1 R, ex quo ſi tollas minorem, reſiduum 100 — 2 R debebit æquari dato interuallo 40. & proinde additis vtrobique 2 R, & ſubtractis vtrimque 40, erunt 2 R æquales 60. igitur 1 R eſt 30, cui ſi addas 40, extabit 70, pro majore. Aliter

potuit poni 1R pro majorē, ergo 100 — 1R erit minor, quem ſi tollas à majore reſiduum 2R — 100, æquabitur dato interuallo 40. Et poſt tranſpoſitionem debitam 2R æquantur 140. Ergo diuidendo 140 per 2, fit 1R ſiue major 70, à quo ſi tollas 40, habebis 30 pro minore.

Per Algebram ſpecioſam ſic inſtituetur operatio. Sit data quantitas diuidenda B & interuallum C. Ponatur A minor pars, ergo A+C erit major, quæ ſi addatur cum A, fient 2A+C æquales B, igitur $\frac{B-C}{2}$ æquatur A. Quod ſi majorē poſuiſſes A, fuiſſet minor A-C ergo 2A-C æquales eſſent B, ac proinde A æqualis extitiſſet $\frac{B+C}{2}$.


Hinc Canon.

Datæ quantitati diuidendæ adde vel detrahe interuallum datum: ſemiſſis ſummæ vel reſidui exhibebit duas partes quæſitas.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit data linea AB in duas diuidenda partes, taliter vt partium differētia ſit BC. Producatur BA vſq; ad D, donec BA ſit æqualis BC, tùm diuidatur AC bifariā in E. Dico AE & EB eſſe partes quæſitas: cum enim D A E C B AC diuiſa ſit bifariàm in E erit AE æqualis EC, ergo EB differt ab AE per CB. Ac proinde tota AB diuiſa eſt in duas AE, EB, quarum datum ſit interuallum BC. Quod erat demonſtrandum. Idem contingit ſi datæ AB addas interuallum datum AD, & totam DB diuidas bifariàm in E.

Sit iam datum quadratum AB diuidendum in duas partes, quarum interuallum ſit quadratū AC. Supra AB fiat ſemicirculus in quo inſcribatur AC & nectatur CB tùm ſupra CB fiat triangulum rectangulum iſoſceles CDB, ſumptaque BE æquali BD, nectatur EA: dico duas partes quæſitas eſſe quadrata AE & EB: nam quadratū AB æquatur quadratis AC & CB, quia angulus C eſt in ſemicirculo, ac proinde rectus, ſed quadratum CB æquatur quadratis CD &



DB propter angulum rectum D igitur duo quadrata CD & DB cum quadrato AC æqualia ſunt quadrato AB. Sed cum triangulum CDB ſit iſoſceles, erit quadratum BD æquale quadrato CD, ergo

DIOPHANTI GEOMETRÆ, LIBER PRIMVS.

IN QVO OMNES DIOPHANTI Alexandrini quæſtiones quæ Geometricè fieri poſſunt, tùm per Algebram communem, tùm etiam per ſpecioſam, & quod hic præſertim intendimus, per Geometriam abſoluuntur.

PROPOSITIO I.

Datam quantitatem diuidere in duas partes quarum datum ſit interuallum.

ESto datus numerus 100, quem oporteat diuidere in duos, ita vt illorum interuallum ſit 40. Ponatur 1 R pro minore, ergo major erit 100 — 1 R, ex quo ſi tollas minorem, reſiduum 100 — 2 R debebit æquari dato interuallo 40. & proinde additis vtrobique 2 R, & ſubtractis vtrimque 40, erunt 2 R æquales 60. igitur 1 R eſt 30, cui ſi addas 40, extabit 70, pro majore. Aliter

potuit poni 1R pro majorẽ, ergo 100 — 1R erit minor, quem ſi tollas à majore reſiduum 2R — 100, æquabitur dato interuallo 40. Et poſt tranſpoſitionem debitam 2R æquantur 140. Ergo diuidendo 140 per 2, fit 1R ſiue major 70, à quo ſi tollas 40, habebis 30 pro minore.

Per Algebram ſpecioſam ſic inſtituetur operatio. Sit data quantitas diuidenda B & interuallum C. Ponatur A minor pars, ergo A+C erit major, quæ ſi addatur cum A, fient 2A+C æquales B, igitur $\frac{B-C}{2}$ æquatur A. Quod ſi majorẽ poſuiſſes A, fuiſſet minor A.-C ergo 2 A.-C æquales eſſent B, ac proinde A æqualis extitiſſet $\frac{B+C}{2}$.


Hinc Canon.

Datæ quantitati diuidendæ adde vel detrahe interuallum datum: ſemiſſis ſummæ vel reſidui exhibebit duas partes quæſitas.

Hinc Effectio Geometrica.


Sit data linea AB in duas diuidenda partes, taliter vt partium differẽtia ſit BC. Producatur BA vſq; ad D, donec BA ſit æqualis BC, tùm diuidatur AC bifariã in E. Dico AE & EB eſſe partes quæſitas: cum enim $\overline{\text{DA E CB AC}}$ diuiſa ſit bifariàm in E erit AE æqualis EC, ergo EB differt ab AE per CB, Ac proinde tota AB diuiſa eſt in duas AE, EB, quarum datum ſit interuallum BC. Quod erat demonſtrandum. Idem contingit ſi datæ AB addas interuallum datum AD, & totam DB diuidas bifariàm in E.

Sit iam datum quadratum AB diuidendum in duas partes, quarum interuallum ſit quadratũ AC. Supra AB fiat ſemicirculus in quo inſcribatur AC & nectatur CB, tùm ſupra CB fiat triangulum rectangulum-iſoſceles CDB, ſumptaque BE æquali BD, nectatur EA: dico duas partes quæſitas eſſe quadrata AE & EB: nam quadratũ AB æquatur quadratis AC & CB, quia angulus C eſt in ſemicirculo, ac proinde rectus, ſed quadratum CB æquatur quadratis CD & DB propter angulum rectum D igitur duo quadrata CD & DB cum quadrato AC æqualia ſunt quadrato AB. Sed cum triangulum CDB ſit iſoſceles, erit quadratum BD æquale quadrato CD, ergo



quadratum CD plus quadrato A C differt à quadrato BD pēr quadratum A C. At quadratum B D æquale eſt quadrato B E, igitur quadrata AC & C D differunt à quadrato B E per quadratum A C. Sed quadrata AC & CD æquantur quadrato A E, (ſiquidem tam tria quadr. AC CD DB quam duo quadrata BE AE æquantur quadrato AB) ergo quadratum A E differt à quadrato BE per quadratum AC. Ac proinde quadratum AB diuiſum eſt in duo quadrata AE EB quorum datum eſt interuallum, nempe quadratum A C. Quod erat demonſtrandum.

Sit poſtremo Cubus A diuidendus in duas partes, quarum interuallum ſit cubus B. Ipſis duabus lineis A & B, ſumantur vtrimq; tertiæ proportionales C & D E ſitque GE æqualis ipſi C, & diuidatur DG bifariàm in F. Dico ſolida B,A,DF & B,A,FE eſſe partes quæſitas: cum enim DE & C (ſeu GE) ſint tertiæ proportionales ipſis B & A erit cubus A æqualis ſolido B, A, DE, & cubus B æqualis B, A, GE, per 36 vndecimi. At ſolidum BA DE æquatur ſolidis BADF & BAFE, aliundeque ſolida BADF, & BAFE differunt per ſolidum BAGE (hoc eſt cubum B) ergò cubus A diuiſus eſt in duas partes differentes cubo B. Quod erat demonſtrandum.



Propositio II.

Datam quantitatem diuidere in duas, quæ habeant inter ſe proportionem datam.

SIT numerus diuidendus 60, & ratio data 3. ad 2. Ponatur autem vna pars numeri diuidendi 1 R, ergo alter erit 60 1R. Igitur 1R ad 60-1R, erit in ratione data 3 ad 2: ac proinde productus ſub extremis 2R æquabitur producto ſub mediis 180-3R. Ergo 5R æquabuntur 180: & ita 180 diuiſis per 5, fiet 1R 36 quæ ſi tollas à 60 habebis alteram partem 24.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B & ratione partium C ad D, ponatur A vna pars, ergo altera erit B-A. Ac proinde A ad B-A erit vt C ad D. Ergo productus ſub extremis


D A æquatur producto ſub mediis C B--C A. Et per tranſpoſitionem DA † CA æquabitur CB, & diuiſa vtraque parte æquationis per D†C fiet A æqualis $\frac{CB}{D \dagger C}$

Hinc Canon.

Multiplica quantitatem diuidendam per priorem terminum proportionis datæ : productum diuide per ſummam terminorum proportionis : & habebis priorem partem diuidendæ quantitatis.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit data linea AB diuidenda in duas, quæ habeant proportionem C D ad DE. Fiat vt C E ad C D, ita AB ad AF : dico lineam AF fore priorem partem quæſitam. Cum enim ſit vt CE ad CD, ita A B ad AF, erit diuidendo vt DE ad CD, ita FB ad F A. & innertendo vt CD ad DE, ita AF ad FB, quod erat demonſtrandum.



Scholium.

Poteſt nullo negotio Geometricè illud idem abſolui in planis & ſolidis, vti factum eſt in Propoſit. I. tùm quia triangula & parallelogramma quæ ſunt inter eaſdem parallelas, ita ſe habent vt baſes ex Libro ſexto Euclidis : tùm etiam quia ſolida parallelepipeda ſupra eamdem baſim conſtituta, habent inter ſe eamdem proportionem, quam altitudines, vt docetur apud Euclidem in Libro vndecimo. Sed nobis breuitati ſtudentibus, hoc indicaſſe ſatis ſit.

PROPOSITIO III.


Datam quantitatem diuidere in duas ſecundùm datam proportionem & differentiam additam.

ESto datus numerus 100. diuidendus in duos tali ratione, vt major ad minorem ſe habeat ſicut. 5 ad 3, & adhuc 4 vnitates ſuperaddat. Ponatur minor 1 R, tum fiat vt 3 ad 5, ita 1 R ad aliud nempe $\frac{5R}{3}$ † 4. & huic numero inuento, addatur differentia data 4, vt fiat ſumma $\frac{5R}{3}$ † 4. Pro majore quæſitorum: huic ſi addas minorem 1 R, fiet aggregatum $\frac{8R}{3}$ † 4 æquale numero diuidendo 100. Ergo $\frac{8R}{3}$ æquabuntur *96*. Et fit 1 R ſiue minor quæſitorum *36*, quo ſublato de 100, extabit major quæſitus 6 4.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & ratione C ad D, & inſuper F ſuperaddenda, ponatur A minor quæſitarum, tùm,

quadratum CD plus quadrato AC differt à quadrato BD per quadratum A C. At quadratum B D æquale eſt quadrato B E, igitur quadrata AC & C D differunt à quadrato B E per quadratum A C. Sed quadrata AC & CD æquantur quadrato A E, (ſiquidem tam tria quadr. AC CD DB quam duo quadrata BE AE æquantur quadrato AB) ergo quadratum A E differt à quadrato BE per quadratum AC. Ac proinde quadratum AB diuiſum eſt in duo quadrata AE EB quorum datum eſt interuallum, nempe quadratum A C. Quod erat demonſtrandum.

Sit poſtremo Cubus A diuidendus in duas partes, quarum interuallum ſit cubus B. Ipſis duabus lineis A & B, ſumantur vtrimq; tertiæ proportionales C & D E ſitque GE æqualis ipſi C, & diuidatur D G bifariàm in F. Dico ſolida B,A,DF & B,A, FE eſſe partes quæſitas: cum enim DE & C (ſeu GE) ſint tertiæ proportionales ipſis B & A erit cubus A æqualis ſolido B, A, DE, & cubus B æqualis B, A, G E, per 36 vndecimi. At ſolidum BA DE æquatur ſolidis BADF & BAFE, aliundeque ſolida BADF, & BAFE differunt per ſolidum BAGE (hoc eſt cubum B) ergo cubus A diuiſus eſt in duas partes differentes cubo B. Quod erat demonſtrandum.



PROPOSITIO II.

Datam quantitatem diuidere in duas, quæ habeant inter ſe proportionem datam.

SIT numerus diuidendus 60, & ratio data 3. ad 2. Ponatur autem vna pars numeri diuidendi 1R, ergo alter erit 60 1R. Igitur 1R ad 60-1R, erit in ratione data 3 ad 2: ac proinde productus ſub extremis 2R æquabitur producto ſub mediis 180-3R. Ergo 5R æquabuntur 180: & ita 180 diuiſis per 5, fiet 1R 36 quæ ſi tollas à 60 habebis alteram partem 24.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B & ratione partium C ad D, ponatur A vna pars, ergo altera erit B-A. Ac proinde A ad B-A erit vt C ad D. Ergo productus ſub extremis


D A æquatur producto ſub mediis C B--C A. Et per tranſpoſitionem D A † C A æquabitur C B, & diuiſa vtraque parte æquationis per D † C fiet A æqualis $\frac{CB}{D \dagger C}$

Hinc Canon.

Multiplica quantitatem diuidendam per priorem terminum proportionis datæ: productum diuide per ſummam terminorum proportionis: & habebis priorem partem diuidendæ quantitatis.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit data linea AB diuidenda in duas, quæ habeant proportionem C D ad DE. Fiat vt C E ad C D, ita AB ad AF: dico lineam AF fore priorem partem quæſitam. Cum enim ſit vt CE ad CD, ita AB ad AF, erit diuidendo vt DE ad CD, ita FB ad FA. & innertendo vt CD ad DE, ita AF ad FB, quod erat demonſtrandum.



Scholium.

Poteſt nullo negotio Geometricè illud idem abſolui in planis & ſolidis, vti factum eſt in Propoſit. I. tùm quia triangula & parallelogramma quæ ſunt inter eaſdem parallelas, ita ſe habent vt baſes ex Libro ſexto Euclidis: tùm etiam quia ſolida parallelepipeda ſupra eamdem baſim conſtituta, habent inter ſe eamdem proportionem, quam altitudines, vt docetur apud Euclidem in Libro vndecimo. Sed nobis breuitati ſtudentibus, hoc indicaſſe ſatis ſit.

PROPOSITIO III.

Datam quantitatem diuidere in duas ſecundùm datam proportionem & differentiam additam.

ESto datus numerus 100. diuidendus in duos tali ratione, vt major ad minorem ſe habeat ſicut. 5 ad 3, & adhuc 4 vnitates ſuperaddat. Ponatur minor 1 R, tum fiat vt 3 ad 5, ita 1 R ad aliud nempe $\frac{5R}{3}$ † 4. & huic numero inuento, addatur differentia data 4, vt fiat ſumma $\frac{5R}{3}$ † 4. Pro majore quæſitorum: huic ſi addas minorem 1 R, fiet aggregatum $\frac{8R}{3}$ † 4 æquale numero diuidendo 100. Ergo $\frac{8R}{3}$ æquabuntur *96*. Et fit 1 R ſiue minor quæſitorum *36*, quo ſublato de 100, extabit major quæſitus *64*.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & rationē C ad D, & inſuper F ſuperaddenda, ponatur A minor quæſitarum,

tùm,


tùm fiat vt D ad C, ſic A ad aliam, quæ erit $\frac{CA}{D}$. Huic addatur F & A minor, fietquæ $\frac{CA}{D} + F + A$ æqualis B. Ergo B--F æquatur $\frac{CA}{D} + A$. Igitur A æquatur $\frac{BD - FD}{C+D}$.

Hinc Canon.

Quantitatem quæ ſuperaddi debet tolle ex quantitate diuidendam reſiduum multiplica per poſteriorem terminum proportionis, & productum diuide per ſummam terminorum, habebiſque poſteriorem ex quæſitis. Vnde alter non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data linea diuidenda A B, ratio C ad D, & differentia E. Oporteatque diuidere A B in duas taliter vt vna ſit ad aliam, ſicut C ad D, & præterea contineat lineam E. Tollatur ex A B linea BF æqualis E : tùm fiat vt ſumma C D ad D, ita A F ad A G. Dico A G fore vnã ex quæſitis & alteram G B, nam cum ſit vt C D ad D, ita A F ad A G, erit diuidendo. Vt C ad D, ita F G ad A G. Ergo ſi ipſi F G addas F B, tota A B diuiſa erit in duas B G, G A tali ratione, vt G B ad A G ſit in ratione data C ad D & inſuper contineat lineam datam E hoc eſt F B. Quod erat demonſtrandum.



Propositio IV.

Duas quantitates inuenire, quæ & datum habeant interuallum, & datam rationem.

SIt datum interuallum 36, & ratio 5. ad 1. Ponatur minor illorum numerorum I R, ergo major erit I R + 36. Igitur I R + 36. ad I R, eſt vt 5 ad 2. Ac proinde productus ſub extremis 2 R + 72 æquabitur producto ſub mediis S R. Et fit I R æqualis 24. minor quæſitorum, cui ſi addatur 36, habebitur major 60.

Per Algebram ſpecioſam, dato interuallo B, & ratione C ad D, ponatur A minor quantitas quæſita, igitur A + B eſt major. Ac proinde A + B ad A eſt in ratione C ad D. Ergo productus ſub extremis A D + B D æquatur producto ſub mediis A C & ita A C - A D æquatur B D. Igitur A æqualis eſt $\frac{BD}{C - D}$

Hinc Canon.

Multiplica interuallum datum per minorem terminum rationis datæ: productum diuide per differentiam terminorum, & habebis minorem quantitatem ex quæſitis. Vnde altera non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit datum interuallum duarum linearum A B, & ratio A———B F C D ad D E. Fiat vt C E ad E D ita A B ad B F. Dico C———E D duas lineas quæſitas eſſe A F & B F, nam quia eſt vt C E ad E D ita A B ad B F, erit componendo, vt C D ad D E. ita A F ad B F Ergo duæ lineæ A F & B F habent rationem datam & interuallum datum. Quod erat demonſtrandum.

Propositio V.

Datam quantitatem diuidere in duas, ita vt vtriuſque partes præſcriptura faciant datam quantitatem.

Esto datus numerus 100 diuidendus in duos ita vt prioris duo trientes cum tribus quadrantibus poſterioris faciant 70. (oportet autem numerum conficiendum cadere inter partes eaſdem numeri diuidendi, vt erudité demonſtrat Gaſpar Bachetus ad quæſt. 5. lib. 1. Diophanti alioqui problema eſſet impoſſibile: vt quoniam duo trientes numeri 100. ſunt $66\frac{2}{3}$ & tres quadrantes 75, neceſſe eſt numerum qui datur 70, cadere inter illos duos terminos) ponatur ergo 1 R pro priori, igitur poſterior erit 100 - 1 R, prioris duo trientes ſunt $\frac{2 R}{3}$, tres autem quadrantes poſterioris ſunt $\frac{300 - 3 R}{4}$,


tùm fiat vt D ad C, ſic A ad aliam, quæ erit $\frac{CA}{D}$. Huic addatur F & A minor, fietque $\frac{CA}{D} + F + A$ æqualis B. Ergo $B - F$ æquatur $\frac{CA}{D} + A$. Igitur A æquatur $\frac{BD - FD}{C + D}$.

Hinc Canon.

Quantitatem quæ ſuperaddi debet tolle ex quantitate diuidendam reſiduum multiplica per poſteriorem terminum proportionis, & productum diuide per ſummam terminarum, habebiſque poſteriorem ex quæſitis. Vnde alter non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data linea diuidenda A B, ratio C ad D, & differentia E. Oporteatque diuidere A B in duas taliter vt vna ſit ad aliam, ſicut C ad D, & præterea contineat lineam E. Tollatur ex A B linea BF æqualis E : tùm fiat vt ſumma C D ad D, ita A F ad A G. Dico A G fore vnā ex quæſitis & alteram G B, nam cum ſit vt C D ad D, ita A F ad A G, erit diuidendo. Vt C ad D, ita F G ad A G. Ergo ſi ipſi F G addas F B, tota A B diuiſa erit in duas B G, G A tali ratione, vt G B ad A G ſit in ratione data C ad D & inſuper contineat lineam datam E hoc eſt F B. Quod erat demonſtrandum.



PROPOSITIO IV.

Duas quantitates inuenire, quæ & datum habeant interuallum, & datam rationem.

SIt datum interuallum 36, & ratio 5. ad 1. Ponatur minor illorum numerorum I R, ergo major erit I R + 36. Igitur I R + 36. ad I R, eſt vt 5 ad 2. Ac proinde productus ſub extremis 2 R + 72 æquabitur producto ſub mediis 5 R. Et ſit I R æqualis 24. minor quæſitorum, cui ſi addatur 36, habebitur major 60.

Per Algebram ſpecioſam, dato interuallo B, & ratione C ad D, ponatur A minor quantitas quæſita, igitur A + B eſt major. Ac proinde A + B ad A eſt in ratione C ad D. Ergo productus ſub extremis A D + B D æquatur producto ſub mediis A C & ita A C -- A D æquatur B D. Igitur A æqualis eſt $\frac{BD}{C - D}$

Hinc Canon.

Multiplica interuallum datum per minorem terminum rationis datæ: productum diuide per differentiam terminorum, & habebis minorem quantitatem ex quæſitis. Vnde altera non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.



Sit datum interuallum duarum linearum A B, & ratio C D ad D E. Fiat vt C E ad E D ita A B ad B F. Dico duas lineas quæſitas eſſe A F & B F, nam quia eſt vt C E ad E D ita A B ad B F, erit componendo, vt C D ad D E. ita A F ad B F Ergo duæ lineæ A F & B F habent rationem datam & interuallum datum. Quod erat demonſtrandum.

Propositio V.

Datam quantitatem diuidere in duas, ita vt vtriuſque partes præſcriptæ faciant datam quantitatem.

ESto datus numerus 100 diuidendus in duos ita vt prioris duo trientes cum tribus quadrantibus poſterioris faciant 70. (opportet autem numerum conficiendum cadere inter partes eaſdem numeri diuidendi, vt eruditè demonſtrat Gaſpar Bachetus ad quæſt. 5. lib. 1. Diophanti alioqui problema eſſet impoſibile: vt quoniam duo trientes numeri 100. ſunt $66\frac{2}{3}$ & tres quadrantes 75, neceſſe eſt numerum qui datur 70, cadere inter illos duos terminos) ponatur ergo 1 R pro priori, igitur poſterior erit 100 -- 1 R, prioris duo trientes ſunt $\frac{2\ R}{3}$, tres autem quadrantes poſterioris ſunt $\overline{300 - 3\ R}$,


horum ergo ſumma $\frac{900 - 1R}{12}$ æquatur 70. Igitur 1 R ſiue prior pars erit 60, poſterior vero 40. Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B & quantitate conficienda ex duobus trientibus prioris & tribus quadrantibus poſterioris C, ponatur A prior pars ergo B − A erit poſterior igitur $\frac{2A}{3}$ & $\frac{3B - 3A}{4}$ æquantur C. Ac proinde A eſt æqualis 9 B − 12 C.

Hinc Canon.

Datæ quantitatis diuidendæ ſume partes ſimiles partibus poſtulatis: minorum aufer à quantitate conficienda, & quantitate conficiendam aufer à maiore: reſidua multiplica ſigillatim per quantitatem diuidendam & productos diuide per ſummam reſiduorum, habebiſque ſegmenta quæſita.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data A B diuidenda in duo ſegmenta, ita vt prioris duo trientes cum tribus quadrantibus poſterioris faciant lineam A C.



Sumatum linea D A æqualis duobus trientibus totius A B, & A E æqualis tribus quadrantibus eiuſdem A B, tùm fiat vt D E ad C E ita A B ad A F. Dico A F & F B foræ partes queſitas totius A B. Qnoniam enim A E continet tres quadrantes A B ſequitur quod ſi ſegmentorum A F F B ſumerentur tres quadrantes ſumma partium æquaretur A E, nam vt tres quadrantes A F ad tres quadrantes F B, ita A F ad F B. Et compendo vt tres quadrantes A F plus tribus quadrantibus F B ad tres quadrantes F B, ita A B ad F B & permutando vt tres quandrantes A F plus tribus quadrantibus F B ad A B ita tres quadrantes F B ad F B, ſed vt F B ad tres quadrantes F B ita A B ad tres quadrantes A B, ergo tres quadrantes A B (hoc eſt ipſa A E) æquatur tribus quadrantibus A F plus tribus quadrantibus F B. At factum eſt vt D E ad C E ita A B ad A F, ergo permutando inuertendoque vt A B ad D E ita A F ad E C. Igitur cum D E ſit id quo tres quadrantes A B ſuperant duos trientes A B, erit etiam C E id quo tres quadrantes A F ſuperant duos trientes A F, ac proinde duo trientes A F cum C E, æquantur tribus quadrantibus A F. Ergo duo trientes A F cum C E & tribus quadrantibus F B erunt æquales A E,

& ſublata CE, ex vtraque parte æquationis duo trientes AF cum tribus quadrantibus FB æquantur AC. Quod erat demonſtrãdum.

Propositio VI.

Quantitatem datam diuidere in duas, ita vt prioris data pars poſterioris datam partem ſuperet data quantitate.

Eſto datus numerus 100 diuidendus in duos, ita vt prioris quadrans poſterioris ſextantem ſuperet numero 20 (oportet autem hunc numerum 20 minorem eſſe quadrante numeri dati 100) ponatur 1 R primus quæſitorum, ergo ſecundus erit 100-- 1 R, Primi quadrans eſt $\frac{1R}{4}$, ſextans vero poſterioris eſt $\frac{100 - 1R}{6}$. Si igitur huic poſteriori addas 20, erit æquatio inter ſummam confectam $\frac{220 - 1R}{6}$ & $\frac{1R}{4}$. Ac proinde poſt debitam reductionem 10 R æquabuntur 880, & fit 1R ſiue primus 88, & quem ſi tollas à 100, fi ſecundus 12.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & interualo prædicto C, ponatur prior A cuius quadrans $\frac{A - C}{4}$ æquatur ſextanti alterius $\frac{B - A}{6}$. Igitur A eſt æqualis $\frac{4B + 24C}{10}$.

Hinc Canon.

Interuallum datum diuidatur per fractionem priorem: quotienſque tollatur à quantitate diuidenda, & reſiduum ſeruetur. Deinde numerator poſterioris fractionis diuidatur per fractionem priorem & quotiens augeatur poſteriore denominatore, ac per hanc ſummam diuidatur reſiduum ſeruatum, quotiens iſte multiplicatus per denominatorem poſteriorem exhibet ſecundam partem quantitatis diuidendæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto linea AB diuidenda in duas partes, taliter vt quadrans vnius


horum ergo ſumma $\frac{900 - 1R}{12}$ æquatur 70. Igitur 1 R ſiue prior pars erit 60, poſterior vero 40. Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B & quantitate conficienda ex duobus trientibus prioris & tribus quadrantibus poſterioris C, ponatur A prior pars ergo B -- A erit poſterior igitur $\frac{2A}{3}$ & $\frac{3B - 3A}{4}$ æquantur C. Ac proinde A eſt æqualis 9 B -- 12 C.

Hinc Canon.

Datæ quantitatis diuidendæ ſume partes ſimiles partibus poſtulatis: minorum aufer à quantitate conficienda, & quantitate conficiendam aufer à maiore: reſidua multiplica ſigillatim per quantitatem diuidendam & productos diuide per ſummam reſiduorum, habebiſque ſegmenta quæſita.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data A B diuidenda in duo ſegmenta, ita vt prioris duo trientes cum tribus quadrantibus poſterioris faciant lineam A C. Sumatum linea D A æqualis duobus trientibus totius A B, & A E æqualis tribus quadrantibus eiuſdem A B, tùm fiat vt D E ad C E ita A B ad A F. Dico A F & F B foræ partes queſitas totius A B. Quoniam enim A E continet tres quadrantes A B ſequitur quod ſi ſegmentorum A F F B ſumerentur tres quadrantes ſumma partium æquaretur A E, nam vt tres quadrantes A F ad tres quadrantes F B, ita A F ad F B. Et compendo vt tres quadrantes A F plus tribus quadrantibus F B ad tres quadrantes F B, ita A B ad F B & permutando vt tres quandrantes A F plus tribus quadrantibus F B ad A B ita tres quadrantes F B ad F B, ſed vt F B ad tres quadrantes F B ita A B ad tres quadrantes A B, ergo tres quadrantes A B (hoc eſt ipſa A E) æquatur tribus quadrantibus A F plus tribus quadrantibus F B. At factum eſt vt D E ad C E ita A B ad A F, ergo permutando inuertendoque vt A B ad D E ita A F ad E C. Igitur cum D E ſit id quo tres quadrantes A B ſuperant duos trientes A B, erit etiam C E id quo tres quadrantes A F ſuperant duos trientes A F, ac proinde duo trientes A F cum C E, æquantur tribus quadrantibus A F. Ergo duo trientes A F cum C E & tribus quadrantibus F B erunt æquales A E,



& ſublata C E, ex vtraque parte æquationis duo trientes A F cum tribus quadrantibus F B æquantur A C. Quod erat demonſtrãdum.

Propositio VI.

Quantitatem datam diuidere in duas, ita vt prioris data pars poſterioris datam partem ſuperet data quantitate.

Esto datus numerus 100 diuidendus in duos, ita vt prioris quadrans poſterioris ſextantem ſuperet numero 20 (oportet autem hunc numerum 20 minorem eſſe quadrante numeri dati 100) ponatur 1 R primus quæſitorum, ergo ſecundus erit 100 -- 1 R, Primi quadrans eſt $\frac{1R}{4}$, ſextans vero poſterioris eſt $\frac{100 - 1R}{6}$. Si igitur huic poſteriori addas 20, erit æquatio inter ſummam confectam $\frac{220 - 1R}{6}$ & $\frac{1R}{4}$. Ac proinde poſt debitam reductionem 10 R æquabuntur 880, & fit 1R ſiue primus 88, & quem ſi tollas à 100, fi ſecundus 12.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & interualo prædicto C, ponatur prior A cuius quadrans $\frac{A}{4}$ -- C æquatur ſextanti alterius $\frac{B - A}{6}$. Igitur A eſt æqualis $\frac{4B + 24C}{10}$.

Hinc Canon.

Interuallum datum diuidatur per fractionem priorem: quotienſque tollatur à quantitate diuidenda, & reſiduum ſeruetur. Deinde numerator poſterioris fractionis diuidatur per fractionem priorem & quotiens augeatur poſteriore denominatore, ac per hanc ſummam diuidatur reſiduum ſeruatum, quotiens iſte multiplicatus per denominatorem poſteriorem exhibet ſecundam partem quantitatis diuidendæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto linea A B diuidenda in duas partes, taliter vt quadrans vnius

vnius ſupēret ſex tantem alterius per lineam A C. Capiatur A D quadrupla A C, & reſidua D B per prop. II huius, A C D B diuidatur in E tali ratione, vt quadrans D E E æquetur ſextanti E B. (ſiue diuidatur D B in duas quæ ſe habeant ſicut 4 ad *6* quadrans enim 4 æquatur ſextanti *6*.) Dico totam A B ſectam eſſe in E, ita vt quadrans A E ſuperet ſextantem E B per lineam A C, nam quadrans A E æquatur quadranti A D & quadranti D E propter diſcurſum factum in propoſ. præced. ſed quadrans A D eſt A C, igitur A C plus quadrante ipſius D E æquatur quadranti A E. Sed A C cum quadrante D E ſuperat quadrantem D E per A C, ergo quadrans A E ſuperat quadrantem D E per A C, ſed quadrans D E æquatur ſextanti E B. Igitur quadrans A E ſuperat ſextantē E B per lineam A C. Quod erat demonſtrãdum

---

PROPOSITIO VII.

Ab eadem quantitate auferre duas alias datas, ita vt reſidua datam habeant rationem.

SInt dati numeri 18 & 20, quos oporteat tollere ab alio numero, taliter vt reſiduj habeant rationem *6* ad 5. Ponatur numerus inueniendus I R, a quo ſi tollas 18 & 20, reſidui ſunt I R --- 18 & I R --- 20. ac proinde iſti ſunt in ratione data *6* ad 5. ergo productus ſub extremis 5 R --- *90* æquatur producto ſub medijs *6* R --- 120. & ita poſt reductionem debitam I R eſt *30* hinc enim ſi tollas 18 & 20, reſidui 12 & 10 ſunt in ratione data *6* ad 5.

Per Algebram ſpecioſam, datis quantitatibus auferendis B & C, & ratione reſiduarum D ad F ponatur A quantitas inuenienda. Ergo A --- B ad A --- C habet eamdem rationem, quam D ad F. Ac ideò productus ſub extremis F A --- F B æqualis eſt producto ſub mediis D A --- D C. Ergo D A --- F A æquatur D C --- F B. igitur A eſt æqualis $\frac{DC --- FB}{D --- F}$,


Hinc Canon.

Multiplica majorem quantitatem ſubtrahendam per majorem

terminum proportionis datæ, & minorem ſubtrahendum per minorem terminum : poſteriorem productum tolle de priori, & reſiduum diuide per differentiam terminorum, habebiſque quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint auferendæ A C & A B ex aliqua linea ita vt reſiduæ habeant proportionem G D ad E G fiat vt G D ad E G ſic A C ad A F & vt differentia D E ad D G ſic B F ad A H. Dico lineam A H eſſe illam quæ inquiritur. Sumpta enim



F I æquali A H, erit vt F B ad F I ita F B ad A H, & G D ad E G, & per conuerſionem rationis vt F I ad B I ita G D ad G E, ſed vt G D ad G E, ita factum eſt A C ad A F, ergo erit vt F I ad B I ita A C ad A F, & permutando vt tota F I ad totam A C, ita ablata B I ad ablatam A F proindeque erit & reliqua F B ad reliquã F C, vt tota F I ſiue A H ad totam A C, & permutando inuertẽdoque vt tota A H ad totam F B, ita ablata A C ad ablatam C F, igitur & reliqua C H ad reliquã B C erit vt tota A H ad totam B F, hoc eſt vt iam probauimus, ſicut G D ad E D. Quoniam ergo eſt vt C H ad C B, ita G D ad E D, erit per conuerſionem rationis, vt C H ad B H ita G D ad G E. At ſi ex A H tollatur A C, remans C H : ſi vero ex eadem A H tollatur A B, remans B H, ergo inuenta eſt linea A H, ex qua ſi tollantur duæ datæ lineæ A C & A B, reſiduæ C B & B H habent rationem datam G D ad G E. Quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO VIII.

Duabus quantitatibus datis adiicere eamdem taliter vt compoſita habeant rationem datam.

Dentur duo numeri 26 & 14 quibus oporteat addere eumdem numerum tali ratione, vt confectæ ſummæ ſint in ratione 5 ad 3. Ponatur numerus addendus 1 R, igitur 26 + 1 R & 14 + 1 R ſunt in ratione data 5 ad 3. Ergo productus ſub extremis 78 + 3 R,

vnius ſuperet ſex tantem alterius per lineam AC. Capiatur A D quadrupla A C, & reſidua D B per prop. II huius, A C D B diuidatur in E tali ratione, vt quadrans D E E æquetur ſextanti E B. (ſiue diuidatur D B in duas quæ ſe habeant ſicut 4 ad 6 quadrans enim 4 æquatur ſextanti 6.) Dico totam A B ſectam eſſe in E, ita vt quadrans A E ſuperet ſextantem E B per lineam A C, nam quadrans A E æquatur quadranti A D & quadranti D E propter diſcurſum factum in propoſ. præced. ſed quadrans A D eſt A C, igitur A C plus quadrante ipſius D E æquatur quadranti A E. Sed A C cum quadrante D E ſuperat quadrantem D E per A C, ergo quadrans A E ſuperat quadrantem D E per A C, ſed quadrans D E æquatur ſextanti E B. Igitur quadrans A E ſuperat ſextantē E B per lineam A C. Quod erat demonſtrādum

---

Propositio VII.

Ab eadem quantitate auferre duas alias datas, ita vt reſidua datam habeant rationem.

Sint dati numeri 18 & 20, quos oporteat tollere ab alio numero, taliter vt reſiduj habeant rationem 6 ad 5. Ponatur numerus inueniendus 1 R, a quo ſi tollas 18 & 20, reſidui ſunt 1 R --- 18 & 1 R --- 20. ac proinde iſti ſunt in ratione data 6 ad 5. ergo productus ſub extremis 5 R --- 90 æquatur producto ſub medijs 6 R --- 120. & ita poſt reductionem debitam 1 R eſt 30 hinc enim ſi tollas 18 & 20, reſidui 12 & 10 ſunt in ratione data 6 ad 5.

Per Algebram ſpecioſam, datis quantitatibus auferendis B & C, & ratione reſiduarum D ad F ponatur A quantitas inuenienda. Ergo A --- B ad A --- C habet eamdem rationem, quam D ad F. Ac ideò productus ſub extremis F A -- F B æqualis eſt producto ſub mediis D A --- D C. Ergo D A --- F A æquatur D C --- F B, igitur A eſt æqualis $\frac{D\,C --- F\,B}{D --- F}$,

Hinc Canon.


Multiplica majorem quantitatem ſubtrahēndam pēr majorēm

C

terminum proportionis datæ, & minorem ſubtrahendum per minorem terminum : poſteriorem productum tolle de priori, & reſiduum diuide per differentiam terminorum, habebiſque quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint auferendæ A C & A B ex aliqua linea ita vt reſiduæ habeant proportionem G D ad E G fiat vt G D ad E G ſic A C ad A F & vt differentia D E ad D G ſic B F ad A H. Dico lineam A H eſſe illam quæ inquiritur. Sumpta enim



F I æquali A H, erit vt F B ad F I ita F B ad A H, & G D ad E G, & per conuerſionem rationis vt F I ad B I ita G D ad G E, ſed vt G D ad G E, ita factum eſt A C ad A F, ergo erit vt F I ad B I ita A C ad A F, & permutando vt tota F I ad totam A C, ita ablata B I ad ablatam A F proindeque erit & reliqua F B ad reliquã F C, vt tota F I ſiue A H ad totam A C, & permutando inuertẽdoque vt tota A H ad totam F B, ita ablata A C ad ablatam C F, igitur & reliqua C H ad reliquã B C erit vt tota A H ad totam B F, hoc eſt vt iam probauimus, ſicut G D ad E D. Quoniam ergo eſt vt C H ad C B, ita G D ad E D, erit per conuerſionem rationis, vt C H ad B H ita G D ad G E. At ſi ex A H tollatur A C, remans C H : ſi vero ex eadem A H tollatur A B, remans B H, ergo inuenta eſt linea A H, ex qua ſi tollantur duæ datæ lineæ A C & A B, reſiduæ C B & B H habent rationem datam G D ad G E. Quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO VIII.

Duabus quantitatibus datis adiiecere eamdem taliter vt compoſitæ habeant rationem datam.

Dentur duo numeri 26 & 14 quibus oporteat addere eumdem numerum tali ratione, vt confectæ ſummæ ſint in ratione 5 ad 3. Ponatur numerus addendus 1 R, igitur 26 † 1 R & 14 † 1 R ſunt in ratione data 5 ad 3. Ergo productus ſub extremis 78 † 3 R,

æquatur producto ſub mediis 70 + S R, & ita I R ſiue numerus addendus eſt 4 qui iunctus 26 & 14, facit 30 & 18 in ratione 5 ad 3.


Per Algebram ſpecioſam, datis B & C cum ratione D ad F, ponatur quantitas inuenienda A, ergo B + A & C + A ſunt vt D ad F. igitur F B + F A æquatur D C + D A. ac proinde F B -- D C ſunt æqualia D A -- F A. & ſit A æqualis $\frac{FB - DC}{D - F}$

Hinc Canon.

Multiplica quantitatem priorem addendam per poſteriorem terminum proportionis, itemque reliquos inter ſe : minorem productum tolle de maiore : & reſiduum diuide per differentiam terminorum rationis, ſic enim habebis quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint datæ duæ lineæ A B A C, quibus addenda ſit eadem linea tali ratione vt compoſitæ habeant rationem D E ad H D. Fiat primò vt D H, ad E H, ita A C ad C F : deinde fiat quoque vt E H ad H D, ita F B ad A G. Dico A G eſſe lineam quæſitam nam quia eſt vt D H ad E H, ita A C ad C F, erit inuertendo vt E H ad D H ita C F ad A C. Sed factum eſt vt E H ad D H ita F B ad A G. ergo vt C F ad C A ita F B ad A G. & componendo antecedentia, vt C B ad C G ita E H ad D H. & componendo ſimpliciter vt G B ad G C, ita E D ad D H. igitur inuenta eſt linea A G quæ addita duabus A B A C, facit compoſitas G B G C in ratione data D E ad D H. quod erat demonſtrandum.



Scholium.

Aduerte rationem datam minorem debere eſſe quam quantitatum addendarum, quia vt demonſtratur à Gaſpare Bacheto. L. 1. Poriſm. prop 1. & Clauio cap. 9. Algeb. Ænig. 7. Si duæ quantitates inæquales adiiciantur eidem, erit compoſitarum minor ratio, quam adiectarum.

Propositio IX.

A duabus quantitatibus datis auferre eamdem taliter, vt reſiduæ ſint in data ratione.

Sint duo numeri dati 12 & 8, à quibus oporteat tollere eumdem numerum, ita vt reſidui ſe habeant vt 5 ad 3. Eſto numerus tollendus 1R. ergo 12 --- 1R & 8 --- 1R ſunt in ratione 5 ad 3. igitur productus ſub extremis 36 --- 3R æquatur producto ſub mediis 40 --- 5R. & ita 1R ſiue numerus auferendus eſt 2, quem ſi tollas ex 12 & 8, reſidui 10 & 6 habebunt rationem datam 5 ad 3.


Per Algebram ſpecioſam, datis B & C cum ratione D ad F, ponatur A pro quantitate tollenda. ergo B --- A & C A ſunt in ratione D ad F. & ita F B --- F A æquatur D C --- D A ergo D A --- F A æquantur D C --- F B. igitur A æquatur $\frac{DC --- FB}{D --- F}$

Hinc Canon.

Multiplica minorem quantitatem a qua debet fieri ſubſtractio, per maiorem terminum proportionis, itemque reliquas inter ſe: productum minorem tolle de maiore: reſiduum diuide per differentiam terminorum rationis datæ, habebiſque quantitatem quęſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint duæ lineæ A B A C ex quibus oporteat tollere eamdem lineam tali ratione, vt reſiduæ habeant rationem D E ad D G. Fiat vt G E ad G D ita C B ad C F. Dico A F eſſe lineam quæſitam, nam quia factum eſt vt E G ad G D, ita B C ad C F, erit componendo vt D E ad D G ita B F ad C F. Ergo ſi ex duabus datis A B A C tollatur A F, reſiduæ F B F C ſunt in ratione data D E ad D G. quod erat demonſtrandum.



Scholium.

Aduertè rationem datam minorem eſſe debere ea quam quantitates datæ inter ſe habent, propter rationem quæ allata eſt in ſcholio propoſitionis præcedentis.

æquatur producto ſub mediis 70 † SR, & ita I R ſiue numerus addendus eſt 4 qui iunctus 26 & 14, facit 30 & 18 in ratione 5 ad 3.


Per Algebram ſpecioſam, datis B & C cum ratione D ad F, ponatur quantitas inuenienda A, ergo B† A & C † A ſunt vt D ad F. igitur F B † F A æquatur D C + D A. ac proinde F B---D C ſunt æqualia D A---F A. & ſit A æqualis $\frac{F B - D C}{D - F}$

Hinc Canon.

Multiplica quantitatem priorem addendam per poſteriorem terminum proportionis, itemque reliquos inter ſe : minorem productum tolle de maiore : & reſiduum diuide per differentiam terminorum rationis, ſic enim habebis quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint datæ duæ lineæ A B A C, quibus addenda ſit eadem linea tali ratione vt compoſitæ habeant rationem D E ad H D. Fiat primò vt D H, ad E H, ita A C ad C F : deinde fiat quoque vt E H ad H D, ita F B ad A G. Dico A G eſſe lineam quæſitam nam quia eſt vt D H ad EH, ita A C ad C F, erit inuertendo vt E H ad D H ita C F ad A C. Sed factum eſt vt E H ad D H ita F B ad A G. ergo vt C F ad C A ita F B ad A G. & componendo antecedentia, vt C B ad C G ita E H ad D H. & componendo ſimpliciter vt G B ad G C, ita E D ad D H. igitur inuenta eſt linea A G quæ addita duabus A B A C, facit compoſitas G B G C in ratione data D E ad D H, quod erat demonſtrandum.



Scholium.

Aduerte rationem datam minorem debere eſſe quam quantitatum addendarum, quia vt demonſtratur à Gaſpare Bacheto. l. 1. Poriſm. prop 1. & Clauio cap. 9. Algeb. Ænig. 7. Si duæ quantitates inæquales adiiciantur eidem, erit compoſitarum minor ratio, quam adiectarum.

PROPOSITIO IX.

A duabus quantitatibus datis auferre eamdem taliter, vt reſidua ſint in data ratione.


Sint duo numeri dati 12 & 8, à quibus oporteat tollere eumdem numerum, ita vt reſidui ſe habeant vt 5 ad *3*. Eſto numerus tollendus 1 R. ergo 12 --- 1 R & 8 --- 1 R ſunt in ratione 5 ad 3. igitur productus ſub extremis *36* --- *3* R æquatur producto ſub mediis 40 --- 5 R. & ita 1 R ſiue numerus auferendus, eſt 2, quem ſi tollas ex 12 & 8, reſidui 10 & *6* habebunt rationem datam 5 ad *3*.

Per Algebram ſpecioſam, datis B & C cum ratione D ad F, ponatur A pro quantitate tollenda. ergo B --- A & C A ſunt in ratione D ad F. & ita F B --- F A æquatur D C --- D A ergo D A --- F A æquantur D C --- F B. igitur A æquatur $\frac{D C --- F B}{D --- F}$

Hinc Canon.

Multiplica minorem quantitatem a qua debet fieri ſubſtractio, per maiorem terminum proportionis, itemque reliquas inter ſe: productum minorem tolle de maiore: reſiduum diuide per differentiam terminorum rationis datæ, habebiſque quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.



Sint duæ lineæ A B A C ex quibus oporteat tollere eamdem lineam tali ratione, vt reſiduæ habeant rationem D E ad D G. Fiat vt G E ad G D ita C B ad C F. Dico A F eſſe lineam quæſitam, nam quia factum eſt vt E G ad G D, ita B C ad C F, erit componendo vt D E ad D G ita B F ad C F. Ergo ſi ex duabus datis A B A C, tollatur A F, reſiduæ F B F C ſunt in ratione data D E ad D G. quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Aduerte rationem datam minorem eſſe debere ea quam quantitates datæ inter ſe habent, propter rationem quæ allata eſt in ſcholio propoſitionis præcedentis.

Propoſitio

PROPOSITIO X.

Datis duabus quantitatibus, eamdem addere minori & detrahere maiori, ita vt ſumma ad reſiduum datam habeat rationem.

IMperatum ſit ipſi quidem 20 addere, at vero ipſi 100 detrahere eumdem numerum, taliter vt ſumma ad reſiduum ſit vt 5 ad 3. Ponatur 1 R pro numero quæſito ergo 20 † 1 R ad 100 ---- 1 R eſt in ratione data 5 ad 3. igitur productus ſub extremis 60 † 3 R æquabitur producto ſub mediis 500 --- 5 R & ita 1 R eſt æqualis 55, quem ſi adiicias ad 20 & auferas à 100, ſumma 75 ad reſiduum 45, eſt vt 5 ad 3.


Per Algebram ſpecioſam, datis B & C pro duabus prioribus quantitabus, & ratione D ad F. ponatur quantitas inuenienda A, ergo B † A & C -- A ſunt vt D ad F. ideoque F B † F A æquatur D C--- D A. igitur A æquatur $\frac{FB - DC}{F + D}$

Hinc Canon.

Quantitatem datam cui debet adiungi quæſita, duc in poſteriorem terminum rationis datæ; illam vero a qua debet tolli eadem quantitas, multiplica per priorem terminum rationis: productum minorem tolle de maiore, & reſiduum diuide per ſummam terminorum proportionis, habebiſque quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Data ſint duæ lineæ A B B C, quarum priori oporteat addere quamdã lineã, & eamdẽ detrahere poſteriori, taliter vt ſumma ad reſiduum ſit in ratione D E ad D F. fiat vt D E ad DF ita A B ad CH. deinde fiat quoque vt D E plus F D ad D E ita B H ad B I. Dico lineam B I eſſe lineam quæ inquiritur, & fore A I ad I C in ratione data D E ad D F, nam cum ſit vt D E plus F D ad D E ita B H ad B I, erit diuidendo vt F D ad D E, ita H I ad I B. Sed factum eſt vt F D ad D E ita C H ad A B, ergo erit vt C H ad A B ita H I ad I B. & permutando vt C H ad H I ita A B ad B I.



D

& componendo vt C I ad I H ita A I ab B I & permutando vt C I ad A I ita I H ad B I. & inuertendo vt A I ad I C ita B I ad I H. Sed iam oſtendimus eſſe vt B I ad I H ita A B ad C H, factum eſt autem vt A B ad C H ita D E ad D F. Ergo A I ad I C eſt vt D E ad D F. & ſic inuenta eſt linea B I quæ addita A B & detracta B C facit ſummam A I ad reſiduum I C in ratione data D E ad D F. quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Diophantus præcipit numerum quæſitum addi minori, & maiori detrahi: poteſt tamen etiam maiori addi & à minore tolli: vt ſi dentur 100 & 80, & iubeatur numerum quæſitum addi 100, & tolli ab 80, ita vt ſumma ad reſiduum ſit vt 5 ad 3. Verum & ſi dentur iſti duo caſus, canonem noſtrum & ex canone praxim geometricam ita attemperauimus, vt vtrique caſui conueniat.

Propositio XI.

Duas datas quantitates addere & detrahere alteri, vt ſumma ad reſiduum datam habeat rationem.

Sint dati duo numeri 20 & 100, oporteatque inuenire numerum cui addendo 20, & detrahendo 100, fiat ſumma ad reſiduum in proportione 5 ad 3. Ponatur ille numerus 1 R, ergo 1 R † 20 ad 1 R -- 100, habet rationem quam 5 ad 3. igitur productus ſub extremis 3 R † 60 eſt æqualis producto ſub mediis 5 R -- 500 & proinde 1 R eſt 280, huic enim addendo 20, & detrahendo 100, fit ſumma 300, & reſiduum 180, in proportione data 5 ad 3

Per Algebram ſpecioſam, datis quantitatibus B & C & ratione D ad F, ponatur A pro quantitate inuenienda. Ergo A † B ad A -- C eſt vt D ad F. ac proinde F † A F B æquatur D -- A D C. igitur D C † F B eſt æqualis D -- A F A. & ſic A æquatur $\frac{DC + FB}{D - F}$

PROPOSITIO X.

Datis duabus quantitatibus, eamdem addere minori & detrahere maiori, ita vt ſumma ad reſiduum datam habeat rationem.

IMperatum ſit ipſi quidem 20 addere, at vero ipſi 100 detrahere eumdem numerum, taliter vt ſumma ad reſiduum ſit vt 5 ad 3. Ponatur 1 R pro numero quæſito ergo 20 † 1 R ad 100 ---- 1 R eſt in ratione data 5 ad 3. igitur productus ſub extremis 60 † 3 R æquabitur producto ſub mediis 500 --- 5 R & ita 1 R eſt æqualis 55, quem ſi adiicias ad 20 & auferas à 100, ſumma 75 ad reſiduum 45, eſt vt 5 ad 3.

Per Algebram ſpecioſam, datis B & C pro duabus prioribus quantitatibus, & ratione D ad F. ponatur quantitas inuenienda A, ergo B † A & C -- A ſunt vt D ad F. ideoque F B † F A æquatur D C -- D A. igitur A æquatur


$$\frac{FB - DC}{F + D}$$

Hinc Canon.

Quantitatem datam cui debet adiungi quæſita, duc in poſteriorem terminum rationis datæ; illam vero aqua debet tolli eadem quantitas, multiplica per priorem terminum rationis: productum minorem tolle de maiore, & reſiduum diuide per ſummam terminorum proportionis, habebiſque quantitatem quæſitam.

Hinc Effectio Geometrica.

Data ſint duæ lineæ AB BC, quarum priori oporteat addere quamdã lineã, & eamdẽ detrahere poſteriori, taliter vt ſumma ad reſiduum ſit in ratione DE ad DF. fiat vt DE ad DF ita AB ad CH. deinde fiat quoque vt DE plus FD ad DE ita BH ad BI. Dico lineam BI eſſe lineam quæ inquiritur, & fore AI ad IC in ratione data DE ad DF, nam cum ſit vt DE plus FD ad DE ita BH ad BI, erit diuidendo vt FD ad DE, ita HI ad IB. Sed factum eſt vt FD ad DE ita CH ad AB, ergo erit vt CH ad AB ita HI ad IB. & permutando vt CH ad HI ita AB ad BI.



Sed ex conſtructione A B ad L, hoc eſt E ad F, eſt vt A Q ad P B: ergo A Q ad L minus N eſt vt A Q ad P B. ac proinde L minus N æquatur P B. ergo P B plus N æquatur L. & addendo vtrobique A B, erit A B plus P B plus N æqualis A B plus L.) & tollendo vtrinque L & P B, reſtabit A P plus N minus L æqualis A P.

At iam oſtendimus A B plus N minus L ad A B minus A R hoc eſt ad B R eſſe vt G ad H: igitur erit A P primum ſegmentum tertiæ diuiſionis ad B R ſecundum ſegmentum diuiſionis primæ in ratione data G ad H. quod erat demonſtrandum.

Hanc praxim ſuæ iunctam demonſtrationi miſit ad me ante aliquot annos eruditiſſimus Geometra Dominus le Hardy, in qua neſcias an elegantia ſubtilitati, aut ſubtilitas elegantiæ præſtet.

Scholium.

Multis aliis modis idem ploblema abſolui potuit: & quoniam occurrit initii modus non inelegans, quando datur ratio maioris ſegmenti ad minus, illum hic paucis verbis attexam. Data linea diuidenda ſit A B & eſto prima ratio maioris ſegmenti primæ diuiſionis ad minus ſecundæ D C ad E C: (ſuppono autem maioris felicitatis gratia E C æquari A B) ſecunda ratio maioris ſegmenti ſecundæ diuiſionis ad minus tertiæ ſit E C ad C F: tertia denique ratio maioris ſegmenti tertiæ diuiſionis ad minus primæ ſit C F ad C G. Fiat vt E C ad E F ita G C ad C N. tum fiat vt rectangulum



ſub C F in compoſitam ex D C & C G ad rectangulum ex D C in F N, ita A B ad A I. erit A I ſegmentum maius primæ diuiſionis cuius praxeos demonſtrationem ſtudioſorum exercitationi relinquo.

PROPOSITIO XV.

Inuenire duas quantitates tales vt vtraque ab altera imperatam accipiens quantitatem, ad reſiduum datam habeat rationem.

SInt inueniendi duo numeri tali ratione vt prior acceptis à poſteriori 2 vnitatibus, ſit reſidui duplus: poſterior vero acceptis à priore vnitatibus 18, ſit triplus reſidui. Ponatur 1 R pro priori numero igitur 1 R † 2 erit reſidui duplus: ac proinde reſiduus eſt $\frac{1R + 2}{2}$. cui ſi reſtituas 2, habebis poſteriorem numerum $\frac{1R + 6}{2}$. Si ergo ille accipiat à priori vnitates 18, fiet $\frac{1R + 42}{2}$ triplus reſidui 1 R -- 18. Quare ſi iſte triplicetur fiet æquatio inter $\frac{1R + 42}{2}$ & 3 R -- 54. igitur 1 R ſiue prior numerus eſt 30 & poſterior 18.

Per Algebram ſpecioſam, datis quantitatibus accipiendis B & C, & ratione prima D ad F, ſecunda autem G ad H. Ponatur A prior quantitas, ergo A † B ſe habet ad reſiduum poſturioris quantitatis vt D ad F. ac proinde iſtud reſiduum eſt $\frac{FA + FB}{D}$. cui ſi reſtituas B & tribuas C, ſumma $\frac{FA + FB + BD + CD}{D}$ ad reſiduum A -- C eſt vt G ad H. igitur productus ſub extremis $\frac{HFA + HFB + HBD + HCD}{D}$ æquatur producto ſub mediis G A -- G C. & ita D G A -- D G C eſt æqualis H F A † H F B † H B D † H C D. & fit A æqualis


$$\frac{DGC + HFB + HBD + HCD}{DG - HF}.$$

Hinc Canon.

Multiplica planum ēx duobus prioribus terminis proportionum datarium in ſecundam quantitatem accipiendam. deinde planum ex duobus poſterioribus terminis in primam ex quantitatibus accipiendis: tertiò planum ex primo termino primæ rationis in ſecundum ſecundæ ſigillatim per duas quantitates accipiendas: & horum quatuor ſolidorum ſummam ſerua. Tùm priores terminos proportionum datarum duc inter ſe, & poſteriores ſimiliter, ac per iſtorum productorum differentiam, diuide ſeruatam quatuor ſolidorum ſummam, quotiens erit prior quantitas quæſitas vnde poſterior non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data linea primo accipienda A B & linea ſecundo accipienda C B. ſit prima ratio A B ad D A, & ſecunda C B ad C E. Fiat autem vt A B ad A D ita C E ad C H: item vt C E ad C B ita C B ad D G: ac tandem vt B H ad C G ita C E ad Y. Dico lineam Y eſſe primam ex quæſitis: ſi autem fiat vt A B ad A D, ita Y plus A B ad Z, lineam Z plus A B fore ſecundam quæſitarum: ac



propterea Z plus A C ad Y minus C B eſſe vt C B ad C E. Cum enim ſit Y plus A B ad Z vt A B ad A D, erit permutando vt Y plus A B ad A B, ita Z ad A D. & diuidendo vt Y ad A B ita Z minus A D ad A D. ergo permutando Y ad Z minus A D erit vt A B ad A D. ſed vt A B ad A D ita eſt ex conſtructione C E ad C H. igitur vt Y ad Z minus A D ita C E ad C H. & permutando vt Y ad C E ita Z minus A D ad C H.

Cum autem factum fuerit vt B H ad C G ita C E ad Y, erit inuertendo vt Y ad C E ita C G ad B H. ſed mox oſtenſum eſt eſſe vt Y ad C E ita Z minus A D ad C H: ergo vt A D ad C H ſic C G ad B H igitur per 12 quinti Euclidis vt Z minus A D plus C G, omnes videlicet antecedentes ad C B ſummam omnium conſequentium, ita Y ad C E. ſed Z minus A D plus C G æquatur Z plus C A plus D G: igitur Z plus C A plus D G ad C B eſt vt Y ad

Propositio XV.

Inuenire duas quantitates tales vt vtraque ab altera imperatam accipiens quantitatem, ad reſiduum datam habeat rationem.

SInt inueniendi duo numeri tali ratione vt prior acceptis à poſteriori 2 vnitatibus, ſit reſidui duplus: poſterior vero acceptis à priore vnitatibus 18, ſit triplus reſidui. Ponatur 1 R pro priori numero igitur 1 R † 2 erit reſidui duplus; ac proinde reſiduus eſt $\frac{1R + 2}{2}$. cui ſi reſtituas 2, habebis poſteriorem numerum $\frac{1R + 6}{2}$. Si ergo ille accipiat à priori vnitates 18, fiet $\frac{1R + 42}{2}$ triplus reſidui 1 R -- 18. Quare ſi iſte triplicetur fiet æquatio inter $\frac{1R + 42}{2}$ & 3 R -- 54. igitur 1 R ſiue prior numerus eſt 30 & poſterior 18.

Per Algebram ſpecioſam, datis quantitatibus accipiendis B & C, & ratione prima D ad F, ſecunda autem G ad H. Ponatur A prior quantitas, ergo A † B ſe habet ad reſiduum poſturioris quantitatis vt D ad F. ac proinde iſtud reſiduum eſt $\frac{FA + FB}{D}$. cui ſi reſtituas B & tribuas C, ſumma $\frac{FA + FB + BD + CD}{D}$ ad reſiduum A -- C eſt vt G ad H. igitur productus ſub extremis $\frac{HFA + HFB + HBD + HCD}{D}$ æquatur producto ſub mediis G A -- G C. & ita D G A -- D G C eſt æqualis H F A † H F B † H B D † H C D. & fit A æqualis


$$\frac{DGC + HFB + HBD + HCD}{DG - HF}.$$

Hinc Canon.

Multiplica planum ex duobus prioribus terminis proportionum datarium in ſecundam quantitatem accipiendam. deinde planum ex duobus poſterioribus terminis in primam ex quantitatibus accipiendis: tertiò planum ex primo termino primæ rationis in ſecundum ſecundæ ſigillatim per duas quantitates accipiendas: & horum quatuor ſolidorum ſummam ſerua. Tùm priores terminos proportionum datarum duc inter ſe, & poſteriores ſimiliter, ac per iſtorum productorum differentiam, diuide ſeruatam quatuor ſolidorum ſummam, quotiens erit prior quantitas quæſitas vnde poſterior non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Eſto data linea primo accipienda A B & linea ſecundo accipienda C B. ſit prima ratio A B ad D A, & ſecunda C B ad C E. Fiat autem vt A B ad A D ita C E ad C H: item vt C E ad C B ita C B ad D G ac tandem vt B H ad C G ita C E ad Y. Dico lineam Y eſſe primam ex quæſitis: ſi autem ſiat vt A B ad A D, ita Y plus A B ad Z, lineam Z plus A B fore ſecundam quæſitarum: ac



propterea Z plus A C ad Y minus C B eſſe vt C B ad C E. Cum enim ſit Y plus A B ad Z vt A B ad A D, erit permutando vt Y plus A B ad A B, ita Z ad A D. & diuidendo vt Y ad A B ita Z minus A D ad A D. ergo permutando Y ad Z minus A D erit vt A B ad A D. ſed vt A B ad A D ita eſt ex conſtructione C E ad C H. igitur vt Y ad Z minus A D ita C E ad C H, & permutando vt Y ad C E ita Z minus A D ad C H.

Cum autem factum fuerit vt B H ad C G ita C E ad Y, erit inuertendo vt Y ad C E ita C G ad B H. ſed mox oſtenſum eſt eſſe vt Y ad C E ita Z minus A D ad C H: ergo vt A D ad C H ſic C G ad B H igitur per 12 quinti Euclidis vt Z minus A D plus C G, omnes videlicet antecedentes ad C B ſummam omnium conſequentium, ita Y ad C E. ſed Z minus A D plus C G æquatur Z plus C A plus D G: igitur Z plus C A plus D G ad C B eſt vt Y ad

C E

CE. ergo rectangulum ſub extremis Z in C E plus CA in C E plus D G in C E æquatur rectangulo ſub mediis C B in Y. at cum factum ſit vt C E ad C B ita C B ad D G, eſt quadratum C B æquale rectangulo C E in D G igitur ſi loco CE in D G ſumas quadratum C B, & illud ſubtrahas ex vtraque parte æquationis mox inuentæ, erit in Z in C E plus C A in CE æquale rectangulo C B in Y minus quadrato C B. ac proinde per reſolutionem analogiſmi (ſeu per 16. ſexti Euclidis) vt Z plus C A ad Y minus C B ita CB ad C E. quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Si volueris immediatè reperire ſecundam quantitatem vteris hoc canone: Planum ſub duobus antecedentibus proportionum terminis multiplica per primam quantitatem accipiendam: deinde planum ex terminis conſequentibus per ſecundam accipiendam: tertiò planum ex primo termino ſecundæ rationis in ſecundum primæ duces in ſummam quantitatum accipiendarum: hæc omnia ſimul addes, & aggregatum illorum diuides per differentiam producti ex antecedentibus terminis proportionum inter ſe, & producti ex conſequentibus: ita enim prodibit in quotiente ſecunda quantitas quæſita, vnde altera non latebit. Ex hoc Canone naſcetur effectio geometrica tantillum diuerſa à præcedente, & quam facile inuenis ſtudioſus geometra.

PROPOSITIO XVI.

Inuenire tres quantitates, vt binæ ſimul ſumptæ efficiant ſummam datam.

SInt inueniendi tres numeri tales vt primus & ſecundus efficiant 20: ſecundus & tertius 30: at vero tertius & primus 40. Ponatur 1 R pro ſumma trium numerorum, ergo 1 R -- 20 erit tertius. & propter eamdem rationem 1 R -- 30 erit primus & 1 R -- 40 erit ſecundus. ſumma horum trium 3 R -- 90 æquantur 1 R: ergo 1 R

ſeu ſumma trium æqualis eſt 45. & attendendo ad poſitiones primus erit 15. ſecundus 5. tertius 25.


Per Algebram ſpecioſam, data ſumma primæ & ſecundæ quantitatis B, ſumma ſecundæ & tertiæ C, ſumma tertiæ & primæ D, ponatur A ſumma omnium: ergo $A - B$ eſt tertia, & $A - C$ prima, & $A - D$ ſecunda. harum aggregatum $3A - B - C - D$ æquantur A, & proinde A eſt æqualis $\frac{B + C + D}{2}$

Hinc Canon.

Aggregati ſummarum datarum cape dimidium, & habebis ſummam trium, à qua ſingulæ ſummæ ablatæ exhibebunt quantitates quæſitas.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint datæ tres lineæ quarum quælibet duas ex quæſitis continet: A B quidem primam & ſecundam, B C ſecundam & tertiam, C D autem tertiam & primam: quæruntur prima, ſecunda, & tertia ſigillatim, compoſitis illis tribus indirectum, ſine vllo ſpatio intermedio, fit ſumma A D, qua diuiſa bifariam in



E, habetur A E ſumma quæſitarum: nam cum quælibet inter ſummas datas bis accipiatur, certum eſt ſummam A D continere duplum omnium, ergo ſemiſſis A E continebit omnes. ſed A B eſt ſumma ſecundæ & primæ: igitur B E eſt tertia, ſimiliter C D eſt ſumma primæ & tertiæ, ergo cum E D ſit ſumma trium erit E C ſecunda. Clariora ſunt iſta, quam vt fuſiori demonſtratione indigeant.

Propositio XVII.

Inuenire quatuor quantitates, vi ternæ iunctæ efficiant ſummas poſtulatas.

Sint quatuor numeri inueniendi quorum primus & duo ſequentes efficiant 20: ſecundus & duo ſequentes 22. tertius cum quarto

CE. ergo rectangulum ſub extremis Z in C E plus C A in C E plus D G in C E æquatur rectangulo ſub mediis C B in Y. at cum factum ſit vt C E ad C B ita C B ad D G, eſt quadratum C B æquale rectangulo C E in D G igitur ſi loco CE in D G ſumas quadratum CB, & illud ſubtrahas ex vtraque parte æquationis mox inuentæ, erit in Z in C E plus C A in C E æquale rectangulo C B in Y minus quadrato CB. ac proinde per reſolutionem analogiſmi (ſeu per 16. ſexti Euclidis) vt Z plus C A ad Y minus C B ita CB ad C E. quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Si volueris immediatè reperire ſecundam quantitatem vteris hoc canone: Planum ſub duobus antecedentibus proportionum terminis multiplica per primam quantitatem accipiendam; deinde planum ex terminis conſequentibus per ſecundam accipiendam: tertiò planum ex primo termino ſecundæ rationis in ſecundum primæ duces in ſummam quantitatum accipiendarum: hæc omnia ſimul addes, & aggregatum illorum diuides per differentiam producti ex antecedentibus terminis proportionum inter ſe, & producti ex conſequentibus: ita enim prodibit in quotiente ſecunda quantitas quæſita, vnde altera non latebit. Ex hoc Canone naſcetur effectio geometrica tantillum diuerſa à præcedente, & quam facile inuenis ſtudioſus geometra.

PROPOSITIO XVI.

Inuenire tres quantitates, vt binæ ſimul ſumptæ efficiant ſummam datam.

SInt inueniendi tres numeri tales vt primus & ſecundus efficiant 20: ſecundus & tertius 30: at vero tertius & primus 40. Ponatur 1 R pro ſumma trium numerorum, ergo 1 R -- 20 erit tertius. & propter eamdem rationem 1 R -- 30 erit primus & 1 R -- 40 erit ſecundus. ſumma horum trium 3 R -- 90 æquantur 1 R: ergo 1 R

ſeu ſumma trium æqualis eſt 45. & attendendo ad poſitiones primus erit 15. ſecundus 5. tertius 25.

Per Algebram ſpecioſam, data ſumma primæ & ſecundæ quantitatis B, ſumma ſecundæ & tertiæ C, ſumma tertiæ & primæ D, ponatur A ſumma omnium: ergo A -- B eſt tertia, & A -- C prima, & A -- D ſecunda. harum aggregatum 3 A -- B -- C -- D æquantur A. & proinde A eſt æqualis $\frac{B + C + D}{2}$

Hinc Canon.

Aggregati ſummarum datarum cape dimidium, & habebis ſummam trium, à qua ſingulæ ſummæ ablatæ exhibebunt quantitates quæſitas.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint datæ tres lineæ quarum quælibet duas ex quæſitis continet: A B quidem primam & ſecundam, B C ſecundam & tertiam, C D autem tertiam & primam: quæruntur prima, ſecunda, & tertia ſigillatim, compoſitis illis tribus indirectum, ſine vllo ſpatio intermedio, fit ſumma A D, qua diuiſa bifariam in E, habetur A E ſumma quæſitarum : nam cum quælibet inter ſummas datas bis accipiatur, certum eſt ſummam A D continere duplum omnium, ergo ſemiſſis A E continebit omnes. ſed A B eſt ſumma ſecundæ & primæ: igitur B E eſt tertia, ſimiliter C D eſt ſumma primæ & tertiæ, ergo cum E D ſit ſumma trium erit E C ſecunda. Clariora ſunt iſta, quam vt fuſiori demonſtratione indigeant.



PROPOSITIO XVII.

Inuenire quatuor quantitates, vi terna iuncta efficiant ſummas poſtulatas.

Sint quatuor numeri inueniendi quorum primus & duo ſequentes efficiant 20; ſecundus & duo ſequentes 22, tertius cumq; quarto

& primo 24. quartus deniquè cum primo & ſecundo 27. Ponatur ſumma quatuor 1 R, ergo 1 R -- 20 erit quartus, 1 R -- 22 primus, 1 R -- 24 ſecundus, & 1 R -- 27 tertius. horum igitur ſumma 4 R -- 93 æquatur 1 R. ac proinde valor illius radicis ſeu ſumma quatuor eſt 31. vnde, ſi tollas ſigillatim datas ſummas erunt ſinguli 9. 7. 4. 11.


Per Algebram ſpecioſam, datis ſummis B, C, D, F, ponatur A ſumma quatuor quæſitarum, ergo A -- B erit quarta quantitas A -- C. prima, A -- D ſecunda, & A -- F tertia. harum igitur ſumma 4 A -- B -- C -- D -- F æquantur A. ac proinde $\frac{B + C \; D + F}{3}$ eſt valor A.

Hinc Canon.

Aggregati ſummarum datarum cape trientem, & habebis ſummam quatuor quæſitarum quantitatum; ab hac tolle datas ſummas ſigillatim & reſtabunt ſingulæ quantitates quæſitæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ quatuor lineæ data A E ſumma primæ & duarum ſequentium, data E F ſumma ſecundæ & duarum deinceps, data F G ſumma tertiæ quartæ & primæ, data denique G B ſumma quartæ primæ & ſecundæ. Componantur illæ in directum, & ſumma A B diuidatur trifariam in punctis C & D erit A D ſumma quatuor, ſicuti etiam D C & C B. nam cum ſingulæ ter accipiantur erit tota A B tripla ſummæ omnium, ergo ipſius triens A D erit omnium ſumma ſed A E eſt ſumma



trium priorum, igitur E D erit quarta. ſimiliter cum C B ſit ſumma omnium & G B ſumma quartæ primæ & ſecundæ, eſt C G tertia. Denique ſi E F aut F G tollantur ex eodem triente, diſcernentur aliæ. igitur datis ſummis trium inuentæ ſunt ſingulæ, quod erat demonſtrandum.

Propositio XVIII.

Inuenire tres quantitates, vt bine iunctæ reliquam ſuperent imperata quantitate.

Oporteat reperirē tres numeros tales vt duo priores reliquum ſuperent vnitate: duo poſteriores ſuperent primum nouenario: ac tandem tertius & primus ſuperent ſecundum quinario. Ponatur primus 1 R, ergo 1 R † 9 eſt ſumma ſecundi & tertii. igitur ſumma omnium eſt 2 R † 9, ſed ſumma exceſſuum datornm eſt etiam æqualis ſummæ omnium: ergo cum ſumma exceſſuum ſit 15, erit æquatio inter 15 & 2 R † 9. ac proinde 1 R eſt 3. non aliter inuenietur ſecundus 5, & tertius 7.

Per Algebram ſpecioſam datis exceſſibus B, C, D, ponatur A primus, ergo A † B eſt ſumma ſecundæ & tertiæ quantitatis, ac proinde 2 A † B æquantur B † C † D. Igitur A eſt æqualis $\frac{C+D}{2}$

Hinc Canon.

Ab ſumma exceſſuum datorum aufer ſigillatim ipſos exceſſus: reſiduorum ſemiſſes exhibent numeros quæſitos.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ tres lineæ quarum prima & ſecunda ſimul ſumptæ ſuperent tertiam per A B: ſecunda & tertia ſuperent primam per B C: tertia denique & prima ſuperent ſecundam per C D. Componantur illæ omnes differentiæ in vnam lineam quæ ſit A D, & B D diuidatur bifariam in E. Dico E D   A   B   C   E   D

fore tertiam, & ſemiſſem A C fore ſecundam; & ſemiſſem A B & C D ſimul ſumptarum eſſe primam: nam duarum linearum inæqualium differentia cum duplo minoris facit ſumma illarum, ſiquidem maior continet ſemel minorem & differentiam ſui à minore: ergo maior & minor ſimul continet bis minorem & differentiam illarum. Ergo cum A B ſit differentia qua prima & ſecunda ſuperant tertiam, cumque tertia ſit minor reſpectu primæ & ſecundæ ſimul

ſumptarum

& primo 24. quartus denique cum primo & ſecundo 27. Ponatur ſumma quatuor 1 R, ergo 1 R -- 20 erit quartus, 1 R -- 22 primus, 1 R -- 24 ſecundus, & 1 R -- 27 tertius. horum igitur ſumma 4 R -- 93 æquatur 1 R. ac proinde valor illius radicis ſeu ſumma quatuor eſt 31. vnde, ſi tollas ſigillatim datas ſummas erunt ſinguli 9. 7. 4. 11.


Per Algebram ſpecioſam, datis ſummis B, C, D, F, ponatur A ſumma quatuor quæſitarum, ergo A -- B erit quarta quantitas A -- C, prima, A -- D ſecunda, & A -- F tertia. harum igitur ſumma 4 A -- B -- C -- D -- F æquantur A. ac proinde $\frac{B + C + D + F}{3}$ eſt valor A.

Hinc Canon.

Aggregati ſummarum datarum cape trientem, & habebis ſummam quatuor quæſitarum quantitatum: ab hac tolle datas ſummas ſigillatim & reſtabunt ſingulæ quantitates quæſitæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ quatuor lineæ data A E ſumma primæ & duarum ſequentium, data E F ſumma ſecundæ & duarum deinceps, data F G ſumma tertiæ quartæ & primæ, data denique G B ſumma quartæ primæ & ſecundæ. Componantur illæ in directum, & ſumma A B diuidatur trifariam in punctis C & D erit A D ſumma quatuor, ſicuti etiam D C & C B. nam cum ſingulæ ter accipiantur erit tota A B tripla ſummæ omnium, ergo ipſius triens A D erit omnium ſumma ſed A E eſt ſumma



trium priorum, igitur E D erit quarta. ſimiliter cum C B ſit ſumma omnium & G B ſumma quartæ primæ & ſecundæ, eſt C G tertia. Denique ſi E F aut F G tollantur ex eodem triente, diſcernentur aliæ. igitur datis ſummis trium inuentæ ſunt ſingulæ, quod erat demonſtrandum.

Propositio XVIII.

Inuenire tres quantitates, vt bina iunctæ reliquam ſuperent imperata quantitate.

OPorteat reperire tres numeros tales vt duo priores reliquum ſuperent vnitate: duo poſteriores ſuperent primum nouenario: ac tandem tertius & primus ſuperent ſecundum quinario. Ponatur primus 1 R, ergo 1 R † 9 eſt ſumma ſecundi & tertii. igitur ſumma omnium eſt 2 R † 9, ſed ſumma exceſſuum datornm eſt etiam æqualis ſummæ omnium: ergo cum ſumma exceſſuum ſit 15, erit æquatio inter 15 & 2 R † 9. ac proinde 1 R eſt 3. Non aliter inuenietur ſecundus 5, & tertius 7.


Per Algebram ſpecioſam datis exceſſibus B, C, D, ponatur A primus, ergo A † B eſt ſumma ſecundæ & tertiæ quantitatis, ac proinde 2 A † B æquantur B † C † D. Igitur A eſt æqualis $\frac{C \dagger D}{2}$

Hinc Canon.

Ab ſumma exceſſuum datorum aufer ſigillatim ipſos exceſſus: reſiduorum ſemiſſes exhibent numeros quæſitos.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ tres lineæ quarum prima & ſecunda ſimul ſumptæ ſuperent tertiam per A B: ſecunda & tertia ſuperent primam per B C: tertia denique & prima ſuperent ſecundam per C D. Componantur illæ omnes differentiæ in vnam lineam quæ ſit A D, & B D diuidatur bifariam in E. Dico E D



fore tertiam, & ſemiſſem A C fore ſecundam, & ſemiſſem A B & C D ſimul ſumptarum eſſe primam: nam duarum linearum inæqualium differentia cum duplo minoris facit ſumma illarum, ſiquidem maior continet ſemel minorem & differentiam ſui à minore: ergo maior & minor ſimul continet bis minorem & differentiam illarum. Ergo cum A B ſit differentia qua prima & ſecunda ſuperant tertiam, cumque tertia ſit minor reſpectu primæ & ſecundæ ſimul ſumptarum

ſumptarum (vt pote quæ ſuperetur ab illarum ſumma) erit A B plus dupla tertia æqualis ſummæ trium quæſitarum, ſimiliter cum B C ſit differentia qua ſecunda & tertia ſuperant primam, cumque prima ſit minor reſpectu ſecundæ & tertiæ ſimul ſumptarum (quia ſuperatur ab illarum ſumma) erit B C plus dupla prima æqualis ſummæ trium quæſitarum. Rurſus cum C D ſit differentia per quam ſumma tertiæ & primæ ſuperant ſecundam, cumque ſecunda ſit minor ſumma tertiæ & primæ (quoniam ſuperatur ab aliis duabus ſimul ſumptis) erit C D plus dupla ſecunda æqualis ſummæ trium quæſitarum. ergo tres illæ ſummæ, nempe A B plus dupla tertia, B C plus dupla prima, & C D plus dupla ſecunda, æquantur triplo ſummæ trium quæſitarum. Sed dupla prima, dupla ſecunda, & dupla tertia ſunt æquales duplo ſummæ trium quæſitarum: igitur A B plus B C plus C D æquantur tribus quæſitis. Sed A B plus B C plus C D æquantur A D: ergo A D (ſumma differentiarum datarum) æqualis eſt ſummæ trium quæſitarum, ac proinde cum iam probatum ſit A B plus dupla tertia æquari ſummæ trium quæſitarum, erit A B plus dupla tertia, æqualis A D. igitur ſublata A B vtrinque reſtabit dupla tertia æqualis B D. ac propterea A E ſemiſſis B D æquatur tertiæ. quod erat demonſtrandum. Similiter cum oſtenderimus C D plus dupla ſecunda æquari ſummæ trium quæſitarum, erit C D plus dupla ſecunda æqualis A D. ergo ſublata vtrinque C D reſtabit dupla ſecunda æqualis A C, igitur ſemiſſis A C erit ſecunda. Rurſus cum cum] demonſtratum ſit B C plus dupla prima æquari ſummæ trium quæſitarum hoc eſt A D, ſubducta vtrinque B C reſtabit dupla prima æqualis A B & C D. igitur harum ſemiſſis erit prima quæſita, ergo inuentæ ſunt tres quantitates taliter vt binæ iunctę ſuperent reliquam imperata quantitate, Quod erat demonſtrandum.

Corollarium.

Si fuerunt três quantitates, quarum binæ coniunctę ſuperênt reliquam, erunt tres differentiæ æquales ſummæ trium prædictarum quantitatum.

Propositio XIX.

Inuenire quatuor quantitates vt terna iuncta reliquam ſuperent imperata quantitate.

OPorteat inuenire quatuor numeros datis exceſſibus trium iunctorum ſupra reliquum 6. 24. 20. 10. ſumma horum exceſſuum eſt 60 cuius dimidium 30 æqualæ erit ſummæ quatuor quæſitorum. poſito igitur primo I R erunt tres reliqui 30 — I R, ſed tres reliqui æquantur quoque I R † 24. ergo I R † 24 æquatur 30 — I R. ac proinde I R ſiue primus numerus quæſitus eſt 3. reliqui autem 5. 10. 12.

Per Algebram ſpecioſam datis exceſſibus B. C. D. F. ponatur A prima quantitas, ergo reliquarum ſumma erit $\frac{B + C + D + F - A}{2}$ ſed eſt etiam ſumma reliquarum A † C igitur eſt æquatio inter illas duas ſummas. & A æqualis $\frac{B - C + D + F}{4}$.

Hinc Canon.

A ſemiſſe aggregati differentiarum datarum tolle ſigillatim ipſas differentias: reſiduorum ſemiſſes erunt quantitates quæſitæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ quatuor lineæ tales vt prima ſecunda & tertia ſuperent quartam per A B, ſecunda tertia & quarta ſuperent primam per B C. tertia quarta & prima ſuperent ſecundam per C D: ac tandem quarta prima & ſecunda ſuperent tertiam per D E. diuidatur primùm tota A E ex illis quatuor compoſita bifariam in F. ex ſemiſſe A F vel F E tollantur differentiæ datæ ſigillatim, reſidua erunt quæſitæ lineæ vt quia tollendo ex A F lineam A B, reſtat B F, dico ſemiſſem B F fore quartam quæſitam: idem intellige de reliquis. Nam cum probauerimus in præcedente A B C F D E

ſumptarum (vt pote quæ ſuperetur ab illarum ſumma) erit A B plus dupla tertia æqualis ſummæ trium quæſitarum, ſimiliter cum B C ſit differentia qua ſecunda & tertia ſuperant primam, cumque prima ſit minor reſpectu ſecundæ & tertiæ ſimul ſumptarum (quia ſuperatur ab illarum ſumma) erit B C plus dupla prima æqualis ſummæ trium quæſitarum. Rurſus cum C D ſit differentia per quam ſumma tertiæ & primæ ſuperant ſecundam, cumque ſecunda ſit minor ſumma tertiæ & primæ (quoniam ſuperatur ab aliis duabus ſimul ſumptis) erit C D plus dupla ſecunda æqualis ſummæ trium quæſitarum. ergo tres illæ ſummæ, nempe A B plus dupla tertia, B C plus dupla prima, & C D plus dupla ſecunda, æquantur triplo ſummæ trium quæſitarum. Sed dupla prima, dupla ſecunda, & dupla tertia ſunt æquales duplo ſummæ trium quæſitarum: igitur A B plus B C plus C D æquantur tribus quæſitis. Sed A B plus B C plus C D ęquantur A D : ergo A D (ſumma differentiarum datarum) æqualis eſt ſummæ trium quæſitarum, ac proinde cum iam probatum ſit A B plus dupla tertia æquari ſummæ trium quæſitarum, erit A B plus dupla tertia, æqualis A D. igitur ſublata A B vtrinque reſtabit dupla tertia æqualis B D. ac propterea A E ſemiſſis B D æquatur tertiæ. quod erat demonſtrandum. Similiter cum oſtenderimus C D plus dupla ſecunda æquari ſummæ trium quæſitarum, erit C D plus dupla ſecunda æqualis A D. ergo ſublata vtrinque C D reſtabit dupla ſecunda æqualis A C, igitur ſemiſſis A C erit ſecunda. Rurſus cum cum demonſtratum ſit B C plus dupla prima æquari ſummæ trium quæſitarum hoc eſt A D, ſubducta vtrinque B C reſtabit dupla prima æqualis A B & C D. igitur harum ſemiſſis erit prima quæſita, ergo inuentæ ſunt tres quantitates taliter vt binæ iunctę ſuperent reliquam imperata quantitate, Quod erat demonſtrandum.

Corollarium.

Si fuerunt tres quantitates, quarum binæ coniunctę ſuperēnt reliquam, erunt tres differentiæ æquales ſummæ trium prædictarum quantitatum.

Propositio XIX.

Inuenire quatuor quantitates vt terna iuncta reliquam ſuperent imperata quantitate.

Oporteat inuenire quatuor numeros datis exceſſibus trium iunctorum ſupra reliquum *6.* 24. 20. 10. ſumma horum exceſſuum eſt *60* cuius dimidium *30* æqualæ erit ſummæ quatuor quæſitorum. poſito igitur primo 1 R erunt tres reliqui *30*—1 R, ſed tres reliqui æquantur quoque 1 R † 24. ergo 1 R † 24 æquatur *30*—1 R. ac proinde 1 R ſiue primus numerus quæſitus eſt *3.* reliqui autem 5. 10. 12.

Per Algebram ſpecioſam datis exceſſibus B. C. D. F. ponatur A prima quantitas, ergo reliquarum ſumma erit $\frac{B + C + D + F}{2}$ — A ſed eſt etiam ſumma reliquarum A † C igitur eſt æquatio inter illas duas ſummas. & A æqualis $\frac{B - C + D + F}{4}$.

Hinc Canon.

A ſemiſſe aggregati differentiarum datarum tolle ſigillatim ipſas differentias: reſiduorum ſemiſſes erunt quantitates quæſitæ.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ quatuor lineæ tales vt prima ſecunda & tertia ſuperent quartam per A B, ſecunda tertia & quarta ſuperent primam per B C. tertia quarta & prima ſuperent ſecundam per C D : ac tandem quarta prima & ſecunda ſuperent tertiam per D E. diuidatur primùm tota A E ex illis quatuor compoſita biſariam in F. ex ſemiſſe A F vel F E tollantur differentiæ datæ ſigillatim, reſidua erunt quæſitæ lineæ vt quia tollendo ex A F lineam A B, reſtat B F, dico ſemiſſem B F fore quartam quæſitam : idem intellige de reliquis. Nam cum probauerimus in præcedente A B C F D E

propoſitione duarum linearum inæqualium differentiam duplo minoris illarum adiunctam æquari ſummæ illarum ſequitur A B (quæ eſt differentia primæ ſecundæ & tertiæ ſimul ſumptarum ſupra quartam) plus dupla quarta, quæ minor eſt reliquis ſimul ſumptis, quoniam ab illis ſuperatur, æquari ſummæ quatuor quæſitarum: ſimili ratione B C plus dupla prima ęquabitur ſummæ quaſitarum: ſic C D. plus dupla ſecunda æquabitur ſummæ quatuor quæſitarum: ita denique D E plus dupla tertia æquabitur quatuor quæſitarum ſummæ: igitur quatuor illæ ſumm ę æquabuntur quadruplo quatuor quęſitarum. Sed duplum primę, ſecundæ, tertiæ & quartæ efficit duplam quatuor quæſitarum ſummam. Ergo reſiduum quod conflatur ex A B, B C, C D, & D E ſeu tota A E continet etiam duplum quatuor quæſitarum. Ac proinde eius ſemiſſis A F vel F E æquatur quatuor quæſitis. Igitur cum jam oſtenſum ſit A B plus duplo quartæ æquari ſummæ omnium (hoc eſt A F) ſi ex ſumma omnium A F tollatur A B, reſidua B F erit dupla quartæ. Ac propterea eius ſemiſſis erit quarta quæſita. Quod erat demonſtrandum.

Corollarium.

Si fuerint quatuor quantitates. quarum ternæ coniunctæ ſuperent reliquam, erunt quatuor differentiæ æquales duplo prædictarum quatuor quantitatum.

PROPOSITIO XX.

Quantitatem propoſitam in tres partiri tali ratione, vt vtrauis extremarum ad ſumpta media ad reliquam extremam, datam habeat rationem.

ESto numerus diuidendus hoc modo 55. & detur ratio vnius ſummæ ad vnum extremum 9. ad 2: ratio autem alterius ſummæ ad alium extremum ſit 6. ad 5. Ponatur autem vnus extremus 1 R, ergo reliquorum duorum ſumma erit 55 — 1 R: igitur vt 55 — 1 R ad 1 R ita 9 ad 2. ac proinde productus ſub extremis 110 — 2 R æquatur producto ſub mediis 9 R. Ergo 1 R ſiue vnus extremus eſt 10. ſumma vero aliorum duorum 45. Si igitur nunc ponatur medius 1 R alter

extremus erit 45—I R. igitur 10 † I R ad 45—I R erit vt 6 ad 5: ergo productus ſub extremis 50 † 5 R æqualis erit producto ſub medijs 270—6 R. Et fit I R ſiue medius 20. alter vero extremus 25.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & prima ratione B ad C, ſecunda autem B ad D ponatur A pro vna extrema ergo ſumma reliquarum erit B—A. Ac proinde B—A ad A eſt vt B ad C. Igitur productus ſub extremis C B—C A æquatur producto ſub medijs B A. Et fit A æqualis C B Hunc ſi tollas ex B
B4C
relinquetur B quadr. pro ſumma aliarum quantitatum: poſita ergo
B † C.
A pro quantitate media, erit C B † B A † C A ad B quadr.—B A —C A vt B ad D. Ac ideo productus ſub extremis D C B † B A D † C A D. æquabitur producto ſub mediis B cub.—A B quadr. — B C A. Igitur A eſt æqualis B cub.—D C B
B quadr † B D † C D † B C

Hinc Canon.

Productum ſub terminis conſequentibus rationum datarum adde alteri producto ex quantitate diuidenda in ſummam conſequentium terminorum auctam diuidenda quantitate: & per hanc ſummam diuide cubum quantitatis diuidendæ multatum ſolido ex plano ſub conſequentibus terminis rationum in quantitatem diuidendam: & fiet vna quantitas extrema. Vnde reliquæ non latebunt.

Vel

Quantitatem datã multiplica ſigillatim per conſequẽtes terminos vtriuſque rationis: productoſque diuide per ſummam terminorum rationis illius, per cuius conſequentem terminum procreati ſunt: quotientes enim erunt duæ extremæ quãtitates quæſitæ permutatim.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit data linea A B diuidenda taliter in L & I, vt prima pars & ſecunda ſimul ſumptæ A I ſint ad reliquam I B in ratione data C D ad D E at vero ſecunda & tertia ſimul ſumptæ B L ad reliquam A L rationem quoque habeant datam F G ad G H. Fiat vt C E ad D E ita A B ad B I. Deinde fiat iterũu vt F H ad G H ſic A B ad A L, dico

propoſitione duarum linearum inæqualium differentiam duplo minoris illarum adiunctam æquari ſummæ illarum ſequitur A B (quæ eſt differentia primæ ſecundæ & tertiæ ſimul ſumptarum ſupra quartam) plus dupla quarta, quæ minor eſt reliquis ſimul ſumptis, quoniam ab illis ſuperatur, æquari ſummæ quatuor quæſitarum: ſimili ratione B C plus dupla prima æquabitur ſummæ quæſitarum: ſic C D. plus dupla ſecunda æquabitur ſummæ quatuor quæſitarum: ita denique D E plus dupla tertia æquabitur quatuor quæſitarum ſummæ: igitur quatuor illæ ſummę æquabuntur quadruplo quatuor quęſitarum. Sed duplum primę, ſecundæ, tertiæ & quartæ efficit duplam quatuor quæſitarum ſummam. Ergo reſiduum quod conflatur ex A B, B C, C D, & D E ſeu tota A E continet etiam duplum quatuor quæſitarum. Ac proinde eius ſemiſſis A F vel F E æquatur quatuor quæſitis. Igitur cum jam oſtenſum ſit A B plus duplo quartæ æquari ſummæ omnium (hoc eſt A F) ſi ex ſumma omnium A F tollatur A B, reſidua B F erit dupla quartæ. Ac propterea eius ſemiſſis erit quarta quæſita. Quod erat demonſtrandum.

Corollarium.

Si fuerint quatuor quantitates. quarum ternæ coniunctæ ſuperent reliquam, erunt quatuor differentiæ æquales duplo prædictarum quatuor quantitatum.

PROPOSITIO XX.

Quantitatem propoſitam in tres partiri tali ratione, vt vtrauis extremarum ad ſumpta media ad reliquam extremam, datam habeat rationem.

ESto numerus diuidendus hoc modo 55. & detur ratio vnius ſummæ ad vnum extremum 9. ad 2: ratio autem alterius ſummæ ad alium extremum ſit 6. ad 5. Ponatur autem vnus extremus 1 R, ergo reliquorum duorum ſumma erit 55 — 1 R: igitur vt 55 — 1 R ad 1 R ita 9 ad 2. ac proinde productus ſub extremis 110 — 2 R æquatur producto ſub mediis 9 R. Ergo 1 R ſiue vnus extremus eſt 10. ſumma vero aliorum duorum 45. Si igitur nunc ponatur medius 1 R alter

extremus erit 45 — 1 R. igitur 10 † 1 R ad 45 — 1 R erit vt 6 ad 5: ergo productus ſub extremis 50 † 5 R æqualis erit producto ſub medijs 270 — 6 R. Et fit 1 R ſiue medius 20. alter vero extremus 25.

Per Algebram ſpecioſam, data quantitate diuidenda B, & prima ratione B ad C, ſecunda autem B ad D ponatur A pro vna extrema ergo ſumma reliquarum erit B — A. Ac proinde B — A ad A eſt vt B ad C. Igitur productus ſub extremis C B — C A æquatur producto ſub medijs B A. Et fit A æqualis $\frac{\text{C B}}{\text{B} + \text{C}}$ Hunc ſi tollas ex B relinquetur $\frac{\text{B quadr.}}{\text{B} + \text{C.}}$ pro ſumma aliarum quantitatum: poſita ergo A pro quantitate media, erit C B † B A † C A ad B quadr. — B A — C A vt B ad D. Ac ideo productus ſub extremis D C B † B A D † C A D. æquabitur producto ſub mediis B cub. — A B quadr. — B C A. Igitur A eſt æqualis $\frac{\text{B cub.} - \text{D C B}}{\text{B quadr.} + \text{B D} + \text{C D} + \text{B C}}$

Hinc Canon.

Productum ſub terminis conſequentibus rationum datarum adde alteri producto ex quantitate diuidenda in ſummam conſequentium terminorum auctam diuidenda quantitate: & per hanc ſummam diuide cubum quantitatis diuidendæ multatum ſolido ex plano ſub conſequentibus terminis rationum in quantitatem diuidendam: & fiet vna quantitas extrema. Vnde reliquæ non latebunt.


Vel

Quantitatem datã multiplica ſigillatim per conſequẽtes terminos vtriuſque rationis: productoſque diuide per ſummam terminorum rationis illius, per cuius conſequentem terminum procreati ſunt: quotientes enim erunt duæ extremæ quãtitates quæſitæ permutatim.

Hinc Effectio Geometrica.

Sit data linea A B diuidenda taliter in L & I, vt prima pars & ſecunda ſimul ſumptæ A I ſint ad reliquam I B in ratione data C D ad D E at vero ſecunda & tertia ſimul ſumptæ B L ad reliquam A L rationem quoque habeant datam F G ad G H. Fiat vt C E ad D E ita A B ad B I. Deinde fiat iterũ vt F H ad G H ſic A B ad A L, dico

dico A L & I B. fore extremas quæſitas, mediam autem L I cum enim ſit vt C E ad D E ita A B ad I B, Ergo diuidendo vt C D ad D E ita A I ad I B. Cumque ſit vt F H ad G H ita A B ad A L, erit quoque diuidendo vt F G ad G H ita B L ad L A. Ergo tota A B diuiſa eſt in tres partes ad puncta L & I taliter vt ſumma primæ & ſecundæ A I ad reliquam extremam I B ſit in ratione data C D ad D E: ſumma autem ſecundæ & tertiæ B L ad alteram extremam A L ſit etiam in ratione data F G ad G H. Quod erat faciendum & demonſtrandum.



Propositio XXI.

Inuenire tres quantitates tales, vt maior excedat mediam data parte minoris, media minorem data parte majoris, & minor excedat datam partem mediæ quantitate data.

Oporteat inuenire tres numeros ita vt maior excedat medium triente minoris: medius minorem quintante maioris: & minor quadrantem medii quaternario. Ponatur minor ex quæſitis 1 R, ergo quoniam debet excedere quadrantem medii per 4, erit quadrans medii 1 R —— 4. & proinde illius quadruplum 4 R —— *16* erit medius. Et quia medius excedit minorem quintante maioris, tollendo minorem ex medio, exiſtet quintans maioris *3* R —— *16*. & ita maior erit 15 R —— 80. at maior debet excedere medium triente minoris, igitur ſi ex maiore 1*5* R —— 80 tollatur medius 4 R —— *16*, reſiduum 11 R —— *64* æquari debet trienti 1 R, ac propterea multiplicando vtramque partem æquationis per *3*, fient *33* R —— 192 æqualia 1 R. Ergo 1 R eſt *6*. & tres numeri quæſiti ſunt 10. 8. *6*.

Per Algebram ſpecioſam, datis iiſdem partibus, & exceſſu minoris ſupra quadrantẽ medii C. Ponatur A minor, ergo A —— C eſt quadrans medii ac proinde medius 4 A —— 4 C, Et quia medius excedit minorem quintãte maioris tollendo A ex medio, fiet 3 A —— 4 C quintans maioris. & propterea maior erit 15 A —— 20 C. Hinc tolle medium reſtat 11 A —— 1*6* C æqualis trienti minoris, igitur minor

1 R æquabitur 33 A —— 48 C. Et fit A $\frac{48\,C}{32}$.

Hinc Canon.

Quantitatẽm datam diuide per datam mediæ partem, & quotientem per datam partem maioris: ex hoc poſteriore quotiente tolle priorem, & reſiduo per partem minoris diuiſo ſerua quotientem. Tùm diuide vnitatem per datam partem medii, & quotientem vnitate multatum diuide per datam maioris partem, & ex eo quotiente tolle quotientem integrum, qui mox vnitate multatus fuit: reſiduumque diuide per datam partem minoris, & per quotientem hunc vltimum vnitate multatum, partire quotientem, qui ſupra ſeruatus eſt, fietque minor ex tribus quæſitis. Vnde reliqui non latebunt.


Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ tres lineæ, ita vt maior excedat mediam ſemiſſi minoris, media vero minorem quadrante maioris, minor denique excedat ſextantem mediæ data linea A. Finge lineam A diuiſam pro libito in aliquot partes æquales, puta in ſex tùm beneficio canonis præmiſſi, inueniantur tres numeri cum iiſdem conditionibus quæ hic ſunt annexæ lineis, & minor excedat ſextantem mediæ per 6. ſintq; illi numeri 16. 12. 8. deinde fiat vt 6 ad 8 ita A ad B: D ————
& vt 8 ad 12 ita B ad C & vt 12 ad 16 ita C ad D.   C ———
Dico tres lineas B. C. D. eſſe illas quæ deſiderantur.   B ——
Nam quia B ad C eſt vt 8 ad 12, erit ſemiſſis B triens   A —
ipſius C: quoniam verò C ad D eſt vt 12 ad 16 erit triens C æqualis quadranti D: ergo ſemiſſis B æquatur quadranti D. Sed D major ſuperat mediam C per quadrantem ſui, igitur D ſuperat C per ſemiſſem B quod erat vnum ex demonſtrandis.

Præterea cum B ad C ſit vt 8 ad 12, C ſuperat B per trietem ſui: ſed iam oſtenſum eſt trientem C æqualem eſſe quadranti D: igitur media C excedit minorem B quadrante maioris D quod eſt alterum ex probandis.

Tertio quoniam eſt A ad B vt 6 ad 8, B ſuperabit A quadrantẽ ſui: ſed iam probatum eſt ſemiſſem B æquari trienti C, ergo earum ſemiſſes erunt etiam æquales: at earum ſemiſſes ſunt quadrans B & ſextans C. Igitur ſextans eſt æqualis quadranti B: ac proinde B ſuperabit A ſextante C, ac viciſſim B ſuperabit ſextantem C per A. Quod erat tandem demonſtrandum.

dico A L & I B. fore extremas quæſitas, mediam autem L I cum enim ſit vt C E ad D E ita A B ad I B, Ergo diuidendo vt C D ad D E ita A I ad I B. Cumque ſit vt F H ad G H ita A B ad A L, erit quoque diuidendo vt F G ad G H ita B L ad L A. Ergo tota A B diuiſa eſt in tres partes ad puncta L & I taliter vt ſumma primæ & ſecundæ A I ad reliquam extremam I B ſit in ratione data C D ad D E: ſumma autem ſecundæ & tertiæ B L ad alteram extremam A L ſit etiam in ratione data F G ad G H. Quod erat faciendum & demonſtrandum.



PROPOSITIO XXI.

Innenire tres quantitates tales, vt major excedat mediam data parte minoris, media minorem data parte majoris, & minor excedat datam partem mediæ quantitate data.

OPorteat inuenire tres numeros ita vt maior excedat medium triente minoris: medius minorem quintante maioris: & minor quadrantem medii quaternario. Ponatur minor ex quæſitis I R, ergo quoniam debet excedere quadrantem medii per 4, erit quadrans medii I R —— 4. & proinde illius quadruplum 4 R —— 16 erit medius. Et quia medius excedit minorem quintante maioris, tollendo minorem ex medio, exiſtet quintans maioris 3 R —— 16. & ita maior erit 15 R —— 80. at maior debet excedere medium trientẽ minoris, igitur ſi ex maiore 15 R —— 80 tollatur medius 4 R —— 16, reſiduum 11 R —— 64 æquari debet trienti I R, ac propterea multiplicando vtramque partem æquationis per 3, fient 33 R —— 192 æqualia I R. Ergo I R eſt 6. & tres numeri quæſiti ſunt 10. 8. 6.

Per Algebram ſpecioſam, datis iiſdem partibus, & exceſſu minoris ſupra quadrantẽ medii C. Ponatur A minor, ergo A —— C eſt quadrans medii ac proinde medius 4 A —— 4 C. Et quia medius excedit minorem quintãte maioris tollendo A ex medio, fiet 3 A —— 4 C quintans maioris. & propterea maior erit 15 A —— 20 C. Hinc tolle medium reſtat 11 A —— 16 C æqualis trienti minoris, igitur minor

1 R æquabitur 33 A — 48 C. Et fit A $\frac{48\,C.}{32}$

Hinc Canon.

Quantitatẽm datam diuide per datam mediæ partem, & quotientem per datam partem maioris: ex hoc poſteriore quotiente tolle priorem, & reſiduo per partem minoris diuiſo ſerua quotientem. Tùm diuide vnitatem per datam partem medii, & quotientem vnitate multatum diuide per datam maioris partem, & ex eo quotiente tolle quotientem integrum, qui mox vnitate multatus fuit: reſiduumque diuide per datam partem minoris, & per quotientem hunc vltimum vnitate multatum, partire quotientem, qui ſupra ſeruatus eſt, fietque minor ex tribus quæſitis. Vnde reliqui non latebunt.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ tres lineæ, ita vt maior excedat mediam ſemiſſi minoris, media vero minorem quadrante maioris, minor denique excedat ſextantem mediæ data linea A. Finge lineam A diuiſam pro libito in aliquot partes æquales, puta in ſex tùm beneficio canonis præmiſſi, inueniantur tres numeri cum iiſdem conditionibus quæ hic ſunt annexæ lineis, & minor excedat ſextantem mediæ per 6. ſintq; illi numeri 16. 12. 8. deinde fiat vt 6 ad 8 ita A ad B: D
& vt 8 ad 12 ita B ad C & vt 12 ad 16 ita C ad D. C
Dico tres lineas B. C. D. eſſe illas quæ deſiderantur. B
Nam quia B ad C eſt vt 8 ad 12, erit ſemiſſis B triens A
ipſius C: quoniam verò C ad D eſt vt 12 ad 16 erit triens C æqualis quadranti D; ergo ſemiſſis B æquatur quadranti D. Sed D maior ſuperat mediam C per quadrantem ſui, igitur D ſuperat C per ſemiſſem B quod erat vnum ex demonſtrandis.

Præterea cum B ad C ſit vt 8 ad 12, C ſuperat B per trientem ſui: ſed iam oſtenſum eſt trientem C æqualem eſſe quadranti D: igitur media C excedit minorem B quadrante maioris D quod eſt alterum ex probandis.

Tertio quoniam eſt A ad B vt 6 ad 8, B ſuperabit A quadrantẽ ſui: ſed iam probatum eſt ſemiſſem B æquari trienti C, ergo earum ſemiſſes erunt etiam æquales: at earum ſemiſſes ſunt quadrans B & ſextans C. Igitur ſextans eſt æqualis quadranti B: ac proinde B ſuperabit A ſextante C, ac viciſſim B ſuperabit ſextantem C per A. Quod erat tandem demonſtrandum.

PROPOSITIO XXII.

Inuenire tres quantitates quarum ſi qualibet dederit & acceperit partem imperatam fiat æqualis.

INueniantur res numeri tali rationi vt ſi primus dederit ſecundo $\frac{1}{3}$ ſui, & ſecundus tertio $\frac{1}{4}$ & tertius primo $\frac{1}{5}$ poſt mutuum datum & acceptum fiat æqualitas. Ponatur primus numerus I R, ſecundus I A, tertius I B. Quoniam ergo primi triens & tres quadrantes ſecundi, æquari debent quatuor quintantibus tertii & quadranti ſecundi, ergo $\frac{1R}{3} + \frac{3A}{4}$ æquatur $\frac{4B}{5} + \frac{1A}{2}$ ac proinde poſt debitam reductionem I B æquabitur $\frac{5R}{12} + \frac{5A}{8}$.

Supereſt reducamus I A ad primas radices, quod ita præſtabimus quoniam iubetur iterum trientem primi cum tribus quadrantibus ſecuudi æquari duobus triẽtibus primi & quintanti tertij erunt $\frac{1R}{3} + \frac{3A}{4}$ æqualia $\frac{2R}{3} + \frac{1R}{12}$ & $\frac{1A}{8}$ ac proinde poſt debitam reductionem erit I A æqualis $\frac{2R}{3}$ iuxta quem valorem deprehendes tertium numerum, qui fuit $\frac{5R}{12} + \frac{5A}{8}$ eſſe $\frac{5R}{6}$. Et propterea tres numeri quæſiti erunt I R & $\frac{2R}{3}$ & $\frac{5R}{6}$. Solutaque eſt quæſtio indefinite: & ſumi poteſt primus numerus pro libito vnde reliqui per fractiones adiunctas reperientur vt ſi ſumatur pro primo 12, ſecundus erit 8 &

tertius 10. Deniquè tres numeri quilibet in ratione trium prædictorum exiſtentes ſoluent quæſtionem vt 6 4 5. & 24 16 20. & 15 10 12 $\frac{\text{I.}}{2}$

Per Algebram ſpecioſam procèdemus paulo alitèr & mutando partes dandas & accipiendas & determinando numerum in quo debet fieri æqualitas. Detur ergo quantitas B in qua debet fieri æqualitas poſt quam primus dederit ſecundo tres ſui quadrantes, & ſecundus tertio tres ſui qnintâtes & tertius primo duos ſui trientes. Ponantur pro primo 4 A ab eo ſi tollas tres quadrantes, reſtabit A: & quia debet primus accipere duos trientes a tertio, & cum illis ſit B, ergo B —— A æquatur duobus trientibus tertii. Ergo tertius erit $\frac{3B - 3A}{2}$ quo dante duos ſui trientes, relinquentur $\frac{B - A}{2}$ quæ debent facere B cum tribus quintantibus ſecundi. Igitur $\frac{B + A}{2}$ faciunt $\frac{3}{5}$ ſecundi, ac proinde ſecundus erit $\frac{5B + 5A}{6}$. Hic ſic dederit tres quintantes ſui, habebit tantum poſtea $\frac{2B + 2A}{6}$ quæ cum 3 A faciunt $\frac{2B + 20A}{6}$ æqualia B. Quare A æquatur $\frac{B}{5}$ cape ergo 10 pro B, erit A 2. & primus numerus qui poſitus eſt 4 A èrit 8, ſecundus 10 & tertius 12. Conficiturque 10 ex tribus quadrantibus primi cum duobus quintantibus ſecundi, & ex tribus quintantibus ſecundi cum triente tertii, & ex duobus trientibus tertii cum quadrante primi. Quod eſt propoſitum.

Hinc Canon.

Quantitatem in qua fiat æqualitas, cape quam volueris, & èam diuide per partes tertiæ quantitatis datas (commutato de nominatore partium in differentiam numerorum quibus exprimuntur) quotientis huius primi & quantitatis conficiendæ cape differentiam, quam diuide per partes ſecundæ quantitatis, (commutato ſimilitèr denominatore in differentiam numerorum) hunc ſecundum quotientem

PROPOSITIO XXII.

Inuenire tres quantitates quarum ſi qualibet dederit & acceperit partem imperatam fiat æqualis.

INueniantur tres numeri tali rationi vt ſi primus dederit ſecundo $\frac{1}{3}$ ſui, & ſecundus tertio $\frac{1}{4}$ & tertius primo $\frac{1}{5}$ poſt mutuum datum & acceptum fiat æqualitas. Ponatur primus numerus I R, ſecundus I A, tertius I B. Quoniam ergo primi triens & tres quadrantes ſecundi, æquari debent quatuor quin tantibus tertii & quadranti ſecundi, ergo $\frac{1R}{3} + \frac{3A}{4}$ æquatur $\frac{4B}{5} + \frac{1A}{2}$ ac proinde poſt debitam reductionem I B æquabitur $\frac{5R}{12} + \frac{5A}{8}$.

Supereſt reducamus I A ad primas radices, quod ita præſtabimus quoniam iubetur iterum trientem primi cum tribus quadrantibus ſecuudi æquari duobus triētibus primi & quintanti tertij erunt $\frac{1R}{3} + \frac{3A}{4}$ æqualia $\frac{2R}{3} + \frac{1R}{12}$ & $\frac{1A}{8}$ ac proinde poſt debitam reductionem erit I A æqualis $\frac{2R}{3}$ iuxta quem valorem deprehendes tertium numerum, qui fuit $\frac{5R}{12} + \frac{5A}{8}$ eſſe $\frac{5R}{6}$. Et propterea tres numeri quæſiti erunt IR & $\frac{2R}{3}$ & $\frac{5R}{6}$. Solutaque eſt quæſtio indefinite. & ſumi poteſt primus numerus pro libito vnde reliqui per fractiones adiunctas reperientur vt ſi ſumatur pro primo 12, ſecundus erit 8 &

tertius 10. Deniquè tres numeri quilibet in ratione trium prædictorum exiſtentes ſoluent quæſtionem vt 6 4 5. & 24 16 20. & 15 10 12 $\frac{1}{2}$.

Per Algebram ſpecioſam procedemus paulo aliter & mutando partes dandas & accipiendas & determinando numerum in quo debet fieri æqualitas. Detur ergo quanritas B in qua debet fieri æqualitas poſt quam primus dederit ſecundo tres ſui quadrantes, & ſecundus tertio tres ſui qnintātes & tertius primo duos ſui trientes. Ponantur pro primo 4 A ab eo ſi tollas tres quadrantes, reſtabit A : & quia debet primus accipere duos trientes a tertio, & cum illis fit B, ergo B —— A æquatur duobus trientibus tertii. Ergo tertius erit $\frac{3\,B - 3\,A}{2}$ quo dante duos ſui trientes, relinquentur $\frac{B - A}{2}$ quæ debent facere B cum tribus quintantibus ſecundi. Igitur $\frac{B + A}{2}$ faciunt $\frac{3}{5}$ ſecundi, ac proinde ſecundus erit $\frac{5\,B + 5\,A}{6}$. Hic ſic dederit tres quintantes ſui, habebit tantum poſtea $\frac{2\,B + 2\,A}{6}$ quæ cum 3 A faciunt $\frac{2\,B + 20\,A}{6}$ æqualia B. Quare A æquatur $\frac{B}{5}$ cape ergo 10 pro B, erit A 2. & primus numerus qui poſitus eſt 4 A erit 8, ſecundus 10 & tertius 12. Conficiturque 10 ex tribus quadrantibus primi cum duobus quintantibus ſecundi, & ex tribus quintantibus ſecundi cum triente tertii, & ex duobus trientibus tertii cum quadrante primi. Quod eſt propoſitum.

Hinc Canon.

Quantitatem in qua fiat æqualitas, cape quam volueris, & eam diuide per partes tertiæ quantitatis datas (commutato de nominatore partium in differentiam numerorum quibus exprimuntur) quotientis huius primi & quantitatis conficiendæ cape differentiam, quam diuide per partes ſecundæ quantitatis, (commutato ſimiliter denominatore in differentiam numerorum) hunc ſecundum quotientem

tientem adde vel detrahe quantitati conficiendæ, prout quotiens primus maior vel minor fuit quantitate conficienda, & ſummam vel reſiduum ſerua. Deinde differentiam numerorum exprimentium partes primæ quantitatis diuide per partes tertiæ (commutato vt dictum eſt denominatore) quotientem diuide per partes ſecundæ (facta prius eadem commutatione) quotienti adde numeratorem partium primæ: & per hanc ſummam diuide ſummam vel reſiduum ſeruatum, fietque quantitas quæ ducta in denominatorem primæ fractionis, exhibebit primam quantitatem quæſitam, vnde reliquæ non latebunt.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ tres lineæ tales vt prima dans ſui trientem ſecundæ, ſecunda ſui quadrantem tertiæ, & tertia ſui quintantem primæ, poſt datum & acceptum fiat æqualitas. Per canonem inueniantur tres numeri cum iiſdem conditionibus, ſintque illi 12 8 10. tum capiatur linea A ad libitum fiatque vt 12 ad 8 ita A ad B & vt 8 ad 10 ſic linea B ad C. Dico A B C eſſe lineas quæſitas nam quia B ad C. eſt vt 8 ad 10. quintans C erit æqualis quadranti B, ergo



æquale ſit duplo quadrato DE, erit quadratum DE æquale rectangulo ſub prima & ſecunda quæſitis. Simili plane diſcurſu oſtendetur quadratum F æquari rectangulo ſub ſecunda & tertia: & quadratum G rectangulo ſub tertia & prima. Sed rectangulum ſub prima & ſecunda ad rectangulum ſub ſecunda & tertia, propter eamdem altitudinem, eſt vt prima ad tertiam: item rectangulum ſub tertia & prima ad quadratum tertiæ propter eamdem altitudinem eſt etiam vt prima ad tertiam: item rectangulum ſub tertia & prima ad quadratum tertiæ propter eamdem altitudinem eſt etiam vt prima ad tertiam: ergo eſt vt rectangulum ſub prima & ſecunda (ſeu quadratum


D E) ad rectangulum ſub ſecunda & tertia (ſeu quadratum F) ita rectangulum ſub tertia & prima (ſeu quadratum G) ad quadratum tertiæ. Sed factum eſt vt D E ad F, ita G ad H. Igitur erit quoque vt quadratum D E ad quadratum F ita quadratum G ad quadratum H. Igitur (per 9 quinti) quadratum H eſt quadratum tertiæ. Pari modo vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ad rectangulum ſub tertia & prima, ita eſt (propter eamdem altitudinem) ſecunda ad primam: item vt rectangulum ſub prima, & ſecunda ad quadratum primæ, ita eſt (propter eamdem altitudinem ſecunda ad primam: ergo vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ad rectangulum ſub tertia & prima, ita eſt rectangulum ſub prima & ſecunda ad quadratum primæ: ſed factum eſt vt F ad G ita D E ad I. Vnde ſequitur earum quadrata eſſe proportionalia. Igitur quoniam quadratum F æquatur rectangulo ſub ſecunda & tertia, & quadratum G rectangulo ſub tertia & prima, & D E quadratum rectangulo ſub prima & ſecunda, erit quadratum I quadratum primæ. Non aliter oſtendetur rectangulum ſub tertia & prima ſeu quadratum G, ad rectangulum ſub prima & ſecunda, ſeu quadratum D E, eſſe vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ſeu quadratum F ad quadratum ſecundæ. Ergo quoniam factum eſt vt G ad D E ita F ad L erit quadratum L quadratum ſecundæ (per 9 quinti) Igitur H I L ſunt tres lineæ quæſitæ. Quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Subtile omninò eſt artificium Diophanti, vt potè qui per interualla æqualia perueniat commodè ad duplicatam æqualitatem: mihi tamen totum iſtud negotium paulò altiùs conſideranti occurrit alius modus multo facilior, nec minorem habens ſubtilitatem. Datis enim planis primæ in reliquas 27, ſecundæ in reliquas 32, tertiæ in reliquas 35, inueniantur vt diximus in priori parte poſterioris Canonis plana primæ in ſecundam 12, ſecundæ in tertiam 20, tertiæ in primam 15. Deinde poſita 1 R pro ſecunda erit prima $\frac{12}{1R}$ & tertia $\frac{20}{1R}$ ſed planum primæ in tertiam eſt 15. Ergo $\frac{240}{1Q}$ æquatur

15 & ſit 1 ℞ 4. Ex hac praxi oritur ſecunda pars Canonis poſterioris.

Ex operatione Diophanti elicies hanc effectionem Geometricam: ſit quadratum A æquale rectangulo ex prima & ſecunda in tertiam, quadratum B æquale rectangulo ex ſecunda & tertia in primam, & quadratum C æquale rectangulo ex tertia & prima in ſecundam. Diuidatur quadratum C (per 1 lib. 1. huius) in duo quadrata D & E quorum differentia ſit æqualis differentiæ quadratorum A & B.



Deinde fiat vt quadratum B minus quadrato D ad quadratum D ita quadratum E ad quadratum FG. Tum ſumatur GI æqualis C & ponatur ad angulos rectos cum FG & nectatur FI, diuidaturque bifariam in L vnde educatur perpendicularis LM occurrens FG productæ in M. Ex quo ad interuallum MF vel MI deſcribatur ſemicirculus. Deinde HN æqualis B, ponatur perpendicularis FH & ducatur NO parallela HF donec occurrat peripheria in O, ex quo demittatur OP perpendiculariter. Dico primam ex quæſitis lineis fore PH, ſecundam FG, tertiam GP. Cuius quidem praxeos demonſtrationem facile inueniet ſtudioſus Geometra.

Corollarium.

Hinc Colliges aliquot theoremata: ſi fuerint tres quantitates, quarum binæ coniunctæ in reliquam ductæ faciant tria plana: duo quælibet plana ſimul addita ſuperabunt tertium duplo plano earum duarum quarum ſumma in reliquam ducta fuit. Item, erit vt planum ex prima in ſecundam ad planum ex ſecunda in tertiam, ita planum ex tertia in primam ad quadratum tertiæ. Item, vt planum ex ſecunda in tertiam ad planum ex tertia in primam, ita planum ex prima in ſecundam ad quadratum primæ. Item, vt planum ex tertia in primam ad planum ex prima in ſecundam, ita planum ex ſecunda in tertiam ad quadratum ſecundæ.


Propoſitio

D E) ad rectangulum ſub ſecunda & tertia (ſeu quadratum F) ita rectangulum ſub tertia & prima (ſeu quadratum G) ad quadratum tertia. Sed factum eſt vt D E ad F, ita G ad H. Igitur erit quoque vt quadratum D E ad quadratum F ita quadratum G ad quadratum H. Igitur (per 9 quinti) quadratum H eſt quadratum tertiæ. Pari modo vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ad rectangulum ſub tertia & prima, ita eſt (propter eamdem altitudinem) ſecunda ad primam: item vt rectangulnm ſub prima, & ſecunda ad quadratum primæ, ita eſt (propter eamdem altitudinem ſecunda ad primam: ergo vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ad rectangulum ſub tertia & prima, ita eſt rectangulum ſub prima & ſecunda ad quadratum primæ: ſed factum eſt vt F ad G ita D E ad I. Vnde ſequitur earum quadrata eſſe proportionalia. Igitur quoniam quadratum F æquatur rectangulo ſub ſecunda & tertia, & quadratum G rectangulo ſub tertia & prima, & D E quadratum rectangulo ſub prima & ſecunda, erit quadratum I quadratum primæ. Non aliter oſtendetur rectangulum ſub tertia & prima ſeu quadratum G, ad rectangulum ſub prima & ſecunda, ſeu quadratum D E eſſe vt rectangulum ſub ſecunda & tertia ſeu quadratum F ad quadrarum ſecundæ. Ergo quoniam factum eſt vt G ad D E ita F ad L erit quadratum L quadratum ſecundæ (per 9 quinti) Igitur H I L ſunt tres lineæ quæſitæ. Quod erat demonſtrandum.

Scholium.

Subtile omninò eſt artificium Diophanti, vt potē qui pēr interualla æqualia perueniat commodè ad duplicatam æqualitatem: mihi tamen totum iſtud negotium paulò altiùs conſideranti occurrit alius modus multo facilior, nec minorem habens ſubtilitatem. Datis enim planis primæ in reliquas 27, ſecundæ in reliquas 32, tertiæ in reliquas 35, inueniantur vt diximus in priori parte poſterioris Canonis plana primæ in ſecundam 12, ſecundæ in tertiam 20, tertiæ in primam 15. Deinde poſita 1 R pro ſecunda erit prima $\frac{12}{1R}$ & tertia $\frac{20}{1R}$ ſed planum primæ in tertiam eſt 15. Ergo $\frac{240}{1Q}$ æquatur

15 & fit 1 R 4. Ex hac praxi oritur ſecunda pars Canonis poſterioris.



Ex operatione Diophanti elicies hanc effectionem Geometricam: ſit quadratum A æquale rectangulo ex prima & ſecunda in tertiam, quadratum B æquale rectangulo ex ſecunda & tertia in primam, & quadratum C æquale rectangulo ex tertia & prima in ſecundam. Diuidatur quadratum C (per 1 lib. 2. huius) in duo quadrata D & E quorum differentia ſit æqualis differentiæ quadratorum A & B. Deinde fiat vt quadratum B minus quadrato D ad quadratum D ita quadratum E ad quadratum F G. Tùm ſumatur G I æqualis C & ponatur ad angulos rectos cum F G & nectatur F I, diuidaturque bifariam in L vnde educatur perpendicularis L M occurrens F G productæ in M. Ex quo ad interuallum M F vel M I deſcribatur ſemicirculus. Deinde H N æqualis B, ponatur perpendicularis F H & ducatur N O parallela H F donec occurrat peripheria in C, ex quo demittatur O P perpendiculariter. Dico primam ex quæſitis lineis fore P H, ſecundam F G, tertiam G P. Cuius quidem praxeos demonſtrationem facile inueniet ſtudioſus Geometra.

Corollarium.

Hinc Colliges aliquot theoremata: ſi fuerint tres quantitates, quarum binæ coniunctæ in reliquam ductæ faciant tria plana: duo quælibet plana ſimul addita ſuperabunt tertium duplo plano earum duarum quarum ſumma in reliquam ducta fuit. Item, erit vt planum ex prima in ſecundam ad planum ex ſecunda in tertiam, ita planum ex tertia in primam ad quadratum tertiæ. Item, vt planum ex ſecunda in tertiam ad planum ex tertia in primam, ita planum ex prima in ſecundam ad quadratum primæ. Item, vt planum ex tertia in primam ad planum ex prima in ſecundam, ita planum ex ſecunda in tertiam ad quadratum ſecundæ.

Propoſitio

PROPOSITIO XXXVII.

Inuenire duas quantitates tales, vt ſi altera ab altera eamdem vel eaſdem partes acceperit, ſumma ad reſiduum ſit in data ratione.

SInt inueniendi duo numeri tali ratione vt primo à ſecundo accipiente eamdem vel eaſdem partes, quas ſecundus accepturus eſt à primo: ſumma ad reſiduum ſit tripla: ſecundo vero accipiente, ſumma ad reſiduum ſit quintupla. Sumatur quilibet numerus pro ſumma duorum quæſitorum, puta 12. Ponaturque primus 1 R. Ergo ſecundus erit 12 — 1 R. Et quoniam primo aſſumente partem ſecundi, ſumma eſt tripla reſidui diuidatur 12 in duos quorum primus ſit triplus ſecundus (id autem fiet per 2. huius) & fient *9.* & *3.* Ergo primus ſumpta parte ſecundi erit *9*. Quare ſi ex *9*. detrahas primum qui eſt poſitus 1 R, pars ſecundi eſt *9* — 1 R. Quia vero ſecundo accipiente eamdem partem à primo, ſumma debet eſſe quintupla, reſidui, diuidendus erit ſimiliter 12 in duos habentes rationem quintuplam nempe in 10 & 2. Igitur vt prius ſecundo accipiente partem primi fiet 10. Qua propter ſi de 10 auferas ſecundum 12 — 1 R reſiduum 1 R — 2 erit pars primi. Oportet ergo vt 1 R — 2 ſit eadem pars de 1 R, quæ *9* — 1 R de 12 -- 1 R. Igitur quatuor illi numeri ſunt proportionales. Ac ideo productus ſub extremis 14 R — 1 Q — 24 æquatur producto ſub mediis *9* R -- 1 Q & fit 1 R æqualis $\frac{24}{5}$ vnde ſecundus erit $\frac{36}{5}$. Et ſine fractionibus duo numeri quæſiti erunt 24 & *36*. Partes accipiendæ ſunt vtrobique $\frac{7}{12}$ quæ reſpectu ſecundi faciunt 21, & reſpectu primi faciunt 14.

Per Algebram ſpecioſam, ſumpta qualibet quantitate pro ſumma duarum quæſitarum B, ponatur A pro prima, ergo B -- A erit ſecunda. Diuidatur B in duas habentes priorem rationem datam ſintque ſegmenta C D. Ergo prima ſumpta parte ſecundæ erit C ac proinde C — A eſt pars ſecundæ. Similiter diuidatur B in duas

habentes poſteriorem rationem datam, & ſint ſegmenta F & G, ergo ſecunda accipiens partem primæ erit F. Ac propterea ſi inde tollas B — A fiet F † A -- B pars accepta primæ. Igitur vt F † A — B ad A, ita C —— A ad B — A ergo productus ſub extremis B F † 2 B A — B A quadr. --- A quadr. --- F A. Æquatur producto ſub mediis C A -- A quadr. Et ſit A æqualis


$$\frac{B\ quadr. --- B F.}{2\ B --- C --- F}$$

Hinc Canon.

Cape ad libitum quemcumque numerum pro ſumma duorum quæſitorum. Hunc diuide bis iuxta duas rationes datas. Tùm ex quadrato numeri capti tolle productum ex numero capto in antecedentem ſecundæ rationis reductæ ad partes numeri pro libito capti: reſiduum diuide per duplum numeri capti multatum duobus antecedentibus rationum ad partes numeri diuidendi reductarum, & fiet prima quantitas quæſitæ. Vnde ſecunda non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ duæ lineæ tales vt prima accipiens à ſecunda ſimilem partem quam ſecunda à prima primum aggregatum ſit ad primum reſiduum vt R S ad S T, ſecundum autem aggregatum ſit ad ſecundum reſiduum vt V X ad X Z. Accipiatur quælibet linea A, & ſecetur primò in C taliter vt A C ad C B ſit R S ad S T. Secundo ſecetur in D ea ratione vt ſit B D ad D A ita V X ad X Z: (id autem fiet per ſecundam huius) tùm fiat vt B C plus A D ad A D ita A B ad A E. Dico A E eſſe primam quæſitam & E B ſecundam. Cum enim ſit vt B C plus A D, ad A D ita A B ad B E erit permutando & inuertendo vt tota A B ad totam B C plus A D, ita ablata A E ad ablatum A D. Ergo & reliqua B E ad reliquam B C, vt ablata A E ad ablatam A D. Et permutando vt tota B E ad totam A E ita ablata B C ad ablatam A D, erit & reliqua E C ad reliquam E D vt tota BE ad totam A E. Et permutando vt E C ad B E ita E D ad A E. Igitur cum quatuor iſtæ proportionales erit E C eadem pars B E, qua



PROPOSITIO XXXVII.

Inuenire duas quantitates tales, vt ſi altera ab altera eamdem vel eaſdem partes acceperit, ſumma ad reſiduum ſit in data ratione.

SInt inueniendi duo numeri tali ratione vt primo à ſecundo accipiente eamdem vel eaſdem partes, quas ſecundus accepturus eſt à primo: ſumma ad reſiduum ſit tripla: ſecundo vero accipiente, ſumma ad reſiduum ſit quintupla. Sumatur quilibet numerus pro ſumma duorum quæſitorum, puta 12. Ponaturque primus 1 R. Ergo ſecundus erit 12 — 1 R. Et quoniam primo aſſumente partem ſecundi, ſumma eſt tripla reſidui diuidatur 12 in duos quorum primus ſit triplus ſecundus (id autem fiet per 2. huius) & fient 9. & 3. Ergo primus ſumpta parte ſecundi erit 9. Quare ſi ex 9. detrahas primum qui eſt poſitus 1 R, pars ſecundi eſt 9 — 1 R. Quia vero ſecundo accipiente eamdem partem à primo, ſumma debet eſſe quintupla, reſidui, diuidendus erit ſimiliter 12 in duos habentes rationem quintuplam nempe in 10 & 2. Igitur vt prius ſecundo accipiente partem primi fiet 10. Qua propter ſi de 10 auferas ſecundum 12 — 1 R reſiduum 1 R — 2 erit pars primi. Oportet ergo vt 1 R — 2 ſit eadem pars de 1 R, quæ 9 — 1 R de 12 -- 1 R. Igitur quatuor illi numeri ſunt proportionales. Ac ideo productus ſub extremis 14 R — 1 Q — 24 æquatur producto ſub mediis 9 R -- 1 Q & ſit 1 R æqualis $\frac{24}{5}$ vnde ſecundus erit $\frac{36}{5}$. Et ſine fractionibus duo numeri quæſiti erunt 24 & 36. Partes accipiendæ ſunt vtrobique $\frac{7}{12}$ quæ reſpectu ſecundi faciunt 21, & reſpectu primi faciunt 14.

Per Algebram ſpecioſam, ſumpta qualibet quantitate pro ſumma duarum quæſitarum B, ponatur A pro prima, ergo B -- A erit ſecunda. Diuidatur B in duas habentes priorem rationem datam ſintque ſegmenta C D. Ergo prima ſumpta parte ſecundæ erit C ac proinde C — A eſt pars ſecundæ. Similiter diuidatur B in duas

habentes poſteriorem rationem datam, & fiunt ſegmenta F & G, ergo ſecunda accipiens partem primæ erit F. Ac propterea ſi inde tollas B — A fiet F † A -- B pars accepta primæ. Igitur vt F † A — B ad A, ita C —— A ad B — A ergo productus ſub extremis B F † a B A — B A quadr. --- A quadr. --- F A. Æquatur producto ſub mediis C A -- A quadr. Et fit A æqualis B quadr. --- B F.


2 B --- C --- F

Hinc Canon.

Cape ad libitum quemcumque numerum pro ſumma duorum quæſitorum. Hunc diuide bis iuxta duas rationes datas. Tùm ex quadrato numeri capti tolle productum ex numero capto in antecedentem ſecundæ rationis reductæ ad partes numeri pro libito capti: reſiduum diuide per duplum numeri capti mulctatum duobus antecedentibus rationum ad partes numeri diuidendi reductarum, & fiet prima quantitas quæſitæ. Vnde ſecunda non latebit.

Hinc Effectio Geometrica.

Sint inueniendæ duæ lineæ tales vt prima accipiens à ſecunda ſimilem partem quam ſecunda à prima primum aggregatum ſit ad primum reſiduum vt R S ad S T, ſecundum autem aggregatum ſit ad ſecundum reſiduum vt V X ad X Z. Accipiatur quælibet linea A, & ſecetur primò in C taliter vt A C ad C B ſit R S ad S T. Secundo ſecetur in D ea



ratione vt fit B D ad D A ita V X ad X Z: (id autem fiet per ſecundam huius) tùm fiat vt B C plus A D ad A D ita A B ad A E. Dico A E eſſe primam quæſitam & E B ſecundam. Cum enim ſit vt B C plus A D, ad A D ita A B ad B E erit permutando & inuertendo vt tota A B ad totam B C plus A D, ita ablata A E ad ablatum A D. Ergo & reliqua B E ad reliquam B C, vt ablata A E ad ablatam A D. Et permutando vt tota B E ad totam A E ita ablata B C ad ablatam A D, erit & reliqua E C ad reliquam E D vt tota B E ad totam A E. Et permutando vt E C ad B E ita E D ad A E. Igitur cum quatuor iſtæ proportionales erit E C eadem pars B E, qua

E D eſt ipſius A E. Sed addendo E C ad A E fit ſumma A C ad reſiduum B C in ratione R S ad S T (factum eſt enim vt R S ad S T ita A C ad C B) & addendo E D ad B E, fit ſumma B D ad reſiduum A D vt V X ad X Z (eſt enim factum vt V X ad X Z ita B D ad A D) ergo inuentæ ſunt duæ lineæ A E & E B tales vt ſi altera ab altera accipiat eaſdem partes ſumma, ad reſiduum eſt in in data ratione, quod erat demonſtrandum.

Propositio XXXVIII.

Datis tribus quadratis, inuenire tres quantitates quarum mutuo ductu producantur illa tria quadrata.


Sint dati 4. 9. 16. ponaturque vnus quæſitorum numerorum 1 R erit reliquorum duorum alter $\frac{4}{1R}$ & alter $\frac{9}{1R}$. Reſtat igitur vt ſecundus in tertium producat 16. At producit $\frac{36}{1Q}$. Ergo ille productus æquatur 16. Et ita 1 R fit æqualis $\frac{3}{2}$. Secundus erit 6 & tertius $\frac{8}{3}$.

Per Algebram ſpecioſam, datis B, C, D. Ponatur primus A ergo ſecundus erit $\frac{B}{A}$ & tertius $\frac{C}{A}$. Igitur productus ſecundi in tertium $\frac{BC}{A\ quadr.}$ æquatur D. Ac proinde A quadratum æquatur $\frac{BC}{D}$.

Hinc Canon.

Duos ex datis numeris multiplica inter ſe, & productum diuide per reliquum: habebiſque e tribus diuerſis operationibus tres numeros quorum radices ſunt numeri quæſiti.

Hinc Effectio Geometrica.



Data ſunt tria quadrata A,B,C, & oporteat inuenire tres lineas quarum vna cum altera faciant rectangula tria prædictis tribus quadratis æqualia. Fiat vt C ad B ita A ad D. Item vt B ad A ita C ad E. Et tandem vt A ad C ita B ad F. Dico tres lineas D E F eſſe quæſitas. Cum enim ſit vt C ad B ita A ad D, inuertendo erit vt B ad C, ita D ad A. Sed factum eſt vt B ad A ita C ad E, ergo permutando vt B ad C ita A ad E. Igitur vt D ad A ita A ad E. Ac proinde rectangulum ſub D & E æquatur quadrato A. Similiter quoniam eſt vt D ad A ita B ad C erit permutando vt D ad B ita A ad C. Sed factum eſt vt A ad C ita B ad F. Igitur vt D ad B ita B ad F. Ergo rectangulo ſub D & F eſt æquale quadrato B. Denique quia eſt vt B ad A ita C ad E, erit inuertendo vt A ad B ita E ad C. Sed factum eſt vt A ad C ita B ad F. Igitur permutando, vt A ad B ita C ad F. Ergo vt E ad C ita C ad F. Ac proinde rectangulum ſub E & F æquatur quadrato C. igitur tres lineæ inuentæ D E F tribus diuerſis complicationibus faciunt tria rectangula tribus datis quadratis A B C æqualia. Quod erat demonſtrandum.

ED eſt ipſius AE. Sed addendo EC ad AE fit ſumma AC ad reſiduum BC in ratione RS ad ST (factum eſt enim vt RS ad ST ita AC ad CB) & addendo ED ad BE, fit ſumma BD ad reſiduum AD vt VX ad XZ (eſt enim factum vt VX ad XZ ita BD ad AD) ergo inuentæ ſunt duæ lineæ AE & EB tales vt ſi altera ab altera accipiat eaſdem partes ſumma, ad reſiduum eſt in in data ratione, quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO XXXVIII.

Datis tribus quadratis, inuenire tres quantitates quarum mutuo ductu producantur illa tria quadrata.


SInt dati 4. 9. 16. ponaturque vnus quæſitorum numerorum 1 R erit reliquorum duorum alter $\frac{4}{1R}$ & alter $\frac{9}{1R}$. Reſtat igitur vt ſecundus in tertium producat 16. At producit $\frac{36}{1Q}$. Ergo ille productus æquatur 16. Et ita 1 R fit æqualis $\frac{3}{2}$. Secundus erit 6 & tertius $\frac{8}{3}$.

Per Algebram ſpecioſam, datis B, C, D. Ponatur primus A ergo ſecundus erit $\frac{B}{A}$ & tertius $\frac{C}{A}$. Igitur productus ſecundi in tertium $\frac{BC}{A\ quadr.}$ æquatur D. Ac proinde A quadratum æquatur $\frac{BC}{D}$.

Hinc Canon.

Duos ex datis numeris multiplica inter ſe, & productum diuide per reliquum: habebiſque e tribus diuerſis operationibus tres numeros quorum radices ſunt numeri quæſiti.

Hinc Effectio Geometrica.



Data ſunt tria quadrata A, B, C, & oporteat inuenire tres lineas quarum vna cum altera faciant rectangula tria prædictis tribus quadratis æqualia. Fiat vt C ad B ita A ad D. Item vt B ad A ita C ad E. Et tandem vt A ad C ita B ad F. Dico tres lineas D E F eſſe quæſitas. Cum enim ſit vt C ad B ita A ad D, inuertendo erit vt B ad C, ita D ad A. Sed factum eſt vt B ad A ita C ad E, ergo permutando vt B ad C ita A ad E. Igitur vt D ad A ita A ad E. Ac proinde rectangulum ſub D & E æquatur quadrato A. Similiter quoniam eſt vt D ad A ita B ad C erit permutando vt D ad B ita A ad C. Sed factum eſt vt A ad C ita B ad F. Igitur vt D ad B ita B ad F. Ergo rectangulo ſub D & F eſt æquale quadrato B. Denique quia eſt vt B ad A ita C ad E, erit inuertendo vt A ad B ita E ad C. Sed factum eſt vt A ad C ita B ad F. Igitur permutando, vt A ad B ita C ad F. Ergo vt E ad C ita C ad F. Ac proinde rectangulum ſub E & F æquatur quadrato C. igitur tres lineæ inuentæ D E F tribus diuerſis complicationibus faciunt tria rectangula tribus datis quadratis A B C æqualia. Quod erat demonſtrandum.

APPENDIX.

CONTINENS OMNES QVÆSTIONES Diophanti quæ Geometricè maxima cum facilitate fieri poſſunt.

PROPOSITIO I.

Datum quadratum diuidere in duos quadratos.

DETVR 16 diuidendus in duos numeros quadratos. Ponatur primus 1 Q ergo alter erit 16 — 1 Q, qui propterea debet æquari quadrato. Finge latus eſſe quotlibet radices minus latere quadrati diuidendi, nempe 2 R — 4. Huius igitur quadratum 4 Q + 16 — 16 R erit æquale 16 — 1 Q. Ergo 1 R eſt $\frac{16}{5}$. Et duo numeri quadrati quæſiti facientes 16 ſunt $\frac{256}{25}$ & $\frac{144}{25}$.

Geometricè res faciliſſima eſt, nam ſi ſuper latus quadrati diuidendi fiat ſemicirculus, & ab extremitatibus huius lateris ducantur duæ lineæ ad quodlibet punctum peripheriæ, factum erit quod quæritur propter 31 tertii, & 47. primi Euclidis.

Propositio II.

Datam quantitatem ex duobus quadratis compoſitam, diuidere in alia duo quadrata.

Eſto datus numerus 13 compoſitus ex duobus quadratis 4 & 9 quorum latera ſunt 2 & 3. Ponatur autem latus primi quadrati quæſitis 1 R † 2 (2 eſt latus. Primi quadrati dati) alteriùs autem quadrati latus ſint quotcumque radices minus latere ſecundi quadrati dati, nempe 2 R -- 3. Horum quadrata ſunt 1 Q † 4 † 4 R & 4 Q † 9 --- 12 R. Quorum ſumma 5 Q † 13 -- 8 R debet æquari 13. & fit 1 R æqualis $\frac{8}{5}$ vnde quadrati quæſiti non latebunt $\frac{324}{25}$ & $\frac{1}{25}$ quorum ſumma 13.

Geometricè, ſuper latere dati quadrati fiat ſemicirculus & ab extremitate lateris inſcribatur ſemicirculo quælibet linea lateribus duorum quadratorum datorum inæqualis, punctum illud cum altera extremitate diametri connexum dabit duo quadrata quæſita. Per 31 tertii, & 47 primi Euclidis.

Propositio III.

Inuenire duas quadratas quantitates in dato interuallo.

Sit datum interuallum 60. Ponatur autem latus primi quadrati inueniendi 1 R alterius latus ſit 1 R † 3 (aduerte poſſe poni quemlibet numerum cuius quadratum non ſuperet interuallum datum) horum quadratorum differentia 9 † 6 R debet æquari 60. Ergo 1 R eſt æqualis $\frac{17}{2}$ vnde quadrati quæſiti ſunt $\frac{289}{4}$ & $\frac{529}{4}$.

Geometricè, interuallum quadratorum ſit æquale quadrato alicuius lineæ quæ cum altera quacumque linea coniungatur ad

APPENDIX.

CONTINENS OMNES QVÆSTIONES Diophanti quæ Geometricè maxima cum facilitate fieri poſſunt.

Propositio I.

Datum quadratum diuidere in duos quadratos.

DETVR 16 diuidendus in duos numeros quadratos. Ponatur primus 1 Q ergo alter erit 16 — 1 Q, qui propterea debet æquari quadrato. Finge latus eſſe quotlibet radices minus latere quadrati diuidendi, nempe 2 R — 4. Huius igitur quadratum 4 Q † 16 — 16 R erit æquale 16 — 1 Q. Ergo 1 R eſt $\frac{16}{5}$. Et duo numeri quadrati quæſiti facientes 16 ſunt $\frac{256}{25}$ & $\frac{144}{25}$.

Geometricè res facillima eſt, nam ſi ſuper latus quadrati diuidendi fiat ſemicirculus, & ab extremitatibus huius lateris ducantur duæ lineæ ad quodlibet punctum peripheriæ, factum erit quod quæritur propter 31 tertii, & 47. primi Euclidis.

PROPOSITIO II.

Datam quantitatem ex duobus quadratis compoſitam , diuidere in alia duo quadrata.

ESto datus numerus 13 compoſitus ex duobus quadratis 4 & 9 quorum latera ſunt 2 & 3. Ponatur autem latus primi quadrati quæſitis 1 R † 2 (2 eſt latus. Primi quadrati dati) alteriùs autem quadrati latus ſint quotcumque radices minus latere ſecundi quadrati dati, nempe 2 R -- 3. Horum quadrata ſunt 1 Q † 4 † 4 R & 4 Q † 9 --- 12 R. Quorum ſumma 5 Q † 13 -- 8 R debet æquari 13. & fit 1 R æqualis $\frac{8}{5}$ vnde quadrati quæſiti non latebunt $\frac{324}{25}$ & $\frac{1}{25}$ quorum ſumma 13.

Geometricè, ſuper latere dati quadrati fiat ſemicirculus & ab extremitate lateris inſcribatur ſemicirculo quælibet linea lateribus duorum quadratorum datorum inæqualis, punctum illud cum altera extremitate diametri connexum dabit duo quadrata quæſita. Per 31 tertii, & 47 primi Euclidis.

PROPOSITIO III.

Inuenire duas quadratas quantitates in dato interuallo.

SIt datum interuallum 60. Ponatur autem latus primi quadrati inueniendi 1 R alterius latus ſit 1 R † 3 (aduerte poſſe poni quemlibet numerum cuius quadratum non ſuperet interuallum datum) horum quadratorum differentia 9 + 6 R debet æquari 60. Ergo 1 R eſt æqualis $\frac{17}{2}$ vnde quadrati quæſiti ſunt $\frac{289}{4}$ & $\frac{529}{4}$.

Geometricè, interuallum quadratorum ſit æquale quadrato alicuius lineæ quæ cum altera quacumque linea coniungatur ad

angulos rectos : Harum hypothenuſæ quadratum & lineæ coniunctæ quadratum, erunt duo quadrata quæſita per 47 primi.

PROPOSITIO IV.

Datis duabus quantitatibus addere eamdem quantitatem, ita vt ſumma facta ſint quadrata.

SInt dati numeri 2 & 3. Ponatur autem quantitas addenda 1 Q -- 2 (vt addendo illam ad 2 fiat quadratum nempe 1 Q) ſupereſt ergo vt illam addendo 3 fiat etiam quadratum, ſit vero 1 Q † 1 igitur 1 Q † 1 æquatur quadrato. Fingo latus huius quadrati ab 1 R minus aliquot vnitatibus vt reſoluta quæſtione 1 Q. ſuperet primum numerum datum 2. Sit ergo latus quadrati iſtius 1 R --- 4. Huius quadratum 1 Q † 16 -- 8 R æquari debet 1 Q † 1. Et fit 1 R æqualis $\frac{15}{8}$.

vnde quantitas addenda eſt $\frac{97}{64}$.

Geometricè, datis duabus lineis iungatur ad angulos rectos quæpiam linea certa, & nectatur hypothenuſa, & fiet propoſitum. Per 47 primi.

PROPOSITIO V.

A datis duabus quantitatibus auferre eamdem quantitatem, ita vt reſidua ſint quadrata.

POſtuletur vt a 9 & 21 tollatur idem numerus, & relicti ſint quadrati. Eſto quantitas auferenda 9 -- 1 Q (vt tollendo eam ex 9 fiat quadratum, nempe 1 Q) ſupereſt igitur vt tollendo eam a 21 reſtet quadratum : reſtat autem 1 Q † 12. Igitur 1 Q † 12 æquatur quadrato. Fingo huius quadrati latus eſſe 1 R cum defectu alicuius numeri, cuius quadratum maius ſit 12, erit ergo illud latus verbi gratia 1 R ---- 4, cuius quadratum 1 Q † 16 --- 8R æquatur

I Q † 12 igitur I R æquatur $\frac{1}{2}$ vnde quantitas auferenda eſt $\frac{35}{4}$ quæ ſi tollatur a 9 & 21 reſtant duo numeri quadrati.

Geometricè, ſuper lateribus duorum quadratorum datorum, fiant duo ſemicirculi, in quibus ab extremitate inſcribatur eadem linea, connexarum ad alteram extremitatem quadrata erunt quæ poſtulantur. Per 31 tertii & 47 primi.

Propositio VI.

Ab eadem quantitate auferre duas datas quantitates ita vt reſidua ſint quadrata.

Sint datæ quantitates auferendæ 6 & 7. Ponatur autem quantitas ea qua debet fieri ſubtractio I Q † 6 (vt auferendo 6 relinquatur quadratum nempe I Q) ſupereſt ergo vt ab eadem tollendo 7, reſtet quoque quadratum. At reſtat I Q -- I, quod propterea debet æquari quadrato. Fingo huius quadrati latus I R -- 2, cuius quadratum I Q † 4 —— 4 R æquari debet I Q -- I Igitur I R eſt æqualis $\frac{5}{4}$ vnde quantitas à qua debet fieri ſubtractio eſt $\frac{121}{16}$. Inde enim ſi tollas 6 & 7 reſtant duo numeri quadrati.

Geometricè, ſuper latere quocumque maiore lateribus quadratorum datorum fiat ſemicirculus in quo inſcribantur latera quadratorum datorum, & duarum connexarum quadrata erunt illa quæ quæruntur. Per 31 tertii & 47 primi.

Propositio VII.

Datam quantitatem diuidere in tres, quarum qualibet vbi proximè ſequenti dederit partem ſui, quæ imperatur, & præterea datam quantitatem, fiat æqualitas.

Sit numerus 80 diuidendus in tres, ita vt primus ſecundo det ſui quintantem, & præterea 6: ſecundus tertio ſextantem ſui, & inſuper

angulos rectos : Harum hypothenuſæ quadratum & lineæ coniunctæ quadratum, erunt duo quadrata quæſita per 47 primi.

PROPOSITIO IV.

Datis duabus quantitatibus addere eamdem quantitatem, ita vt ſumma facta ſint quadrata.

SInt dati numeri *2* & *3*. Ponatur autem quantitas addenda I Q -- 2 (vt addendo illam ad 2 fiat quadratum nempe I Q) ſupereſt ergo vt illam addendo *3* fiat etiam quadratum, ſit vero I Q † I igitur I Q † I æquatur quadrato. Fingo latus huius quadrati ab I R minus aliquot vnitatibus vt reſoluta quæſtione I Q ſuperet primum numerum datum 2. Sit ergo latus quadrati iſtius I R — 4. Huius quadratum I Q † 16 -- 8 R æquari debet I Q † I. Et fit I R æqualis $\frac{15}{8}$, vnde quantitas addenda eſt $\frac{97}{64}$.

Geometricè, datis duabus lineis iungatur ad angulos rectos quæpiam linea certa, & nectatur hypothenuſa, & fiet propoſitum. Per 47 primi.

PROPOSITIO V.

A datis duabus quantitatibus auferre eamdem quantitatem, ita vt reſidua ſint quadrata.

POſtuletur vt a *9* & *21* tollatur idem numerus, & relicti ſint quadrati. Eſto quantitas auferenda *9* -- I Q (vt tollendo eam ex *9* fiat quadratum, nempe I Q) ſupereſt igitur vt tollendo eam a 21 reſtet quadratum : reſtat autem I Q † 12. Igitur I Q † 12 æquatur quadrato. Fingo huius quadrati latus eſſe I R cum defectu alicuius numeri, cuius quadratum maius ſit 12, erit ergo illud latus verbi gratia I R —— 4, cuius quadratum I Q † *16* --- 8R æquatur

inſuper 7: tertius primo ſui ſeptantem & 8: ac poſt mutuam contributionem, fiant æquales. Ponatur primus 5 R & ſecundus 12. Igitur ſi ſecundus accipiat à primo quintantem & 6, fit 1 R † 18. Dans autem idem ſecundus tertio ſextantem ſui & præterea 7, relinquitur 1 R † 9. Sed primo dante ſui quintantem & 6, reſtat 4 R — 6. Oportet ergo vt accipiens ſeptantem tertii & 8, fiant iterum 1 R † 9. (Hic enim eſt numerus in quo debet fieri æqualitas, vt patet ex prima operatione) at ſi 4 R -- 6 accipiat 15 -- 3 R fit 1 R † 9. Igitur 15 -- 3 R æquatur ſeptanti tertii & 8. Quamobrem ſi ex 15 -- 3 R tollantur 8, remanebit ſeptans tertii 7 — 3 R. Ergo tertius eſt 49 -- 21 R. Ac proinde hic accipiens ſextantem ſecundi & 7, dans autem primo ſui ſeptantem & 8, debet fieri 1 R † 9. Sed iis datis & acceptis fit 43 -- 18 R. Hic ergo numerus æquatur 1 R † 9 Et fit 1 R æqualis $\frac{34}{19}$. Vnde reliqui non latebunt.

Geometricè, diuidatur linea data ſecundum proportionem numerorum inuentorum per 10 ſexti Euclidis. Et abſolutum erit problema. Vide 32. lib. primi, quæ eſt 18. lib. 2 Diophant.

PROPOSITIO VIII.

Inuenire tria quadrata vt interuallum maximi & medii ad interuallum medii & minimi datam habeat rationem.

SIt data ratio 3 ad 1. Ponatur autem minor quadratus 1 Q, & medius 1 Q † 1 † 2 R horum interuallum eſt 1 † 2 R cuius triplum 3 † 6 R ſi addatur medio, fiet maior 1 Q † 4 † 8 R qui debet æquari quadrato. Fingo eius latus ab 1 R plus aliquo numero ex quo procreatus quadratus, numeri & radices ita ſe habeant vt ſi vna ſpecies excedat ſimilem in 4 † 8 R exiſtentem altera deficiat. Eſto itaque 1 R † 3 huius quadratum 1 Q † 9 † 6 R debet æquari 1 Q † 4 † 8 R. Igitur 1 R eſt $\frac{5}{2}$ vnde tres quæſiti non latebunt.

Geometricè, inter datas duas lineas proportionem exhibentes ſu-

matur media proportionalis. Tum harum trium minor iungatur ad angulos rectos cum qualibet linea & connectantur & hinc connexa iungatur media inuenta ad angulos rectos & connectantur. Duarum connexarum quadrata cum quadrato illius quæ ad libitum electa fuit ſunt tria quæſita per 47 primi & 17 ſexti.

PROPOSITIO IX.

Inuenire tres quantitates quadrato æquales, quarum binæ reliquam ſuperent quadrato.

CApe primum duos quadratos ad libitum 4 & 9. Tum (per propoſ. 3 huius) quære duos quadratos differentes ſumma duorum prædictorum quadratorum 13. Sunt illi 36 & 49. Minorem horum ſi iungas cum prioribus fiet quadratus numerus 49. Iam ergo (per 18 libri primi) inueniantur tres numeri tales, vt primus & ſecundus tertium ſuperent per 9, tertius autem & primus ſecundum per 36. Et fient tres quæſiti 26 13. 45.

1 2

Geometrice, capiantur tres lineæ ad libitum, duarum quarumlibet quadrata ſimul iuncta per 47 primi, dabunt lineam, ſuper qua ſi fiat ſemicirculus, & in eo inſcribatur reliqua linea, ea quæ connectetur, dabit quadratum, quod eſt differentia quæſita.

PROPOSITIO X.

Inuenire tres quantitates æquales quadrato vt bini iuncti faciant quadratum.

POnantur tres ſimul æquales quadrato 1 Q † 2 R † 1, & ſit primus cum ſecundo 1 Q. Ergo tertius eſt 2 R † 1. Eſt autem ſecundus cum tertio 1 Q † 1 --- 2 R à latere 1 R --- 1, igitur quoniam cum tertio 1 Q † 2 R † 1, erit primus 4 R. Sed primus poſitus eſt cum ſecundo 1 Q. Ergo 1 Q --- 4 R eſt ſecundus. Igitur 6 R † 1

inſuper 7: tertius primo ſui ſeptantem & 8: ac poſt mutuam contributionem, fiant æquales. Ponatur primus 5 R & ſecundus 12. Igitur ſi ſecundus accipiat à primo quintantem & 6, fit 1 R † 18. Dans autem idem ſecundus tertio ſextantem ſui & præterea 7, relinquitur 1 R † 9. Sed primo dante ſui quintantem & 6, reſtat 4 R — 6. Oportet ergo vt accipiens ſeptantem tertii & 8, fiant iterùm 1 R † 9. (Hic enim eſt numerus in quo debet fieri æqualitas, vt patet ex prima operatione) at ſi 4 R -- 6 accipiat 15 -- 3 R fit 1 R † 9. Igitur 15 -- 3 R æquatur ſeptanti tertii & 8. Quamobrem ſi ex 15 -- 3 R tollantur 8, remanebit ſeptans tertii 7 — 3 R. Ergo tertius eſt 49 -- 21 R. Ac proinde hic accipiens ſextantem ſecundi & 7, dans autem primo ſui ſeptantem & 8, debet fieri 1 R † 9. Sed iis datis & acceptis fit 43 -- 18 R. Hic ergo numerus æquatur 1 R † 9 Et fit 1 R æqualis $\frac{34}{19}$. Vnde reliqui non latebunt.

Geometricè, diuidatur linea data ſecundum proportionem numerorum inuentorum per 10 ſexti Euclidis. Et abſolutum erit problema. Vide 32. lib. primi, quæ eſt 18. lib. 2 Diophant.

PROPOSITIO VIII.

Inuenire tria quadrata vt interuallum maximi & medii ad interuallum medii & minimi datam habeat rationem.

SIt data ratio 3 ad 1. Ponatur autem minor quadratus 1 Q, & medius 1 Q † 1 † 2 R horum interuallum eſt 1 † 2 R cuius triplum 3 † 6 R ſi addatur medio, fiet maior 1 Q † 4 † 8 R qui debet æquari quadrato. Fingo eius latus ab 1 R plus aliquo numero ex quo procreatus quadratus, numeri & radices ita ſe habeant vt ſi vna ſpecies excedat ſimilem in 4 † 8 R exiſtentem altera deficiat. Eſto itaque 1 R † 3 huius quadratum 1 Q † 9 † 6 R debet æquari 1 Q † 4 † 8 R. Igitur 1 R eſt $\frac{5}{2}$ vnde tres quæſiti non latebunt.

Geometricè, inter datas duas lineas proportionem exhibentes ſu-

matur media proportionalis. Tum harum trium minor iungatur ad angulos rectos cum qualibet linea & connectantur & hinc connexa iungatur media inuenta ad angulos rectos & connectantur. Duarum connexarum quadrata cum quadrato illius quæ ad libitum electa fuit ſunt tria quæſita per 47 primi & 17 ſexti.

PROPOSITIO IX.

Inuenire tres quantitates quadrato æquales, quarum binæ reliquam ſuperent quadrato.

CApe primum duos quadratos ad libitum 4 & 9. Tum (per propoſ. 3 huius) quære duos quadratos differentes ſumma duorum prædictorum quadratorum 13. Sunt illi 36 & 49. Minorem horum ſi iungas cum prioribus fiet quadratus numerus 49. Iam ergo (per 18 libri primi) inueniantur tres numeri tales, vt primus & ſecundus tertium ſuperent per 9, tertius autem & primus ſecundum per 36. Et fient tres quæſiti 20 13. 45.

Geometricè, capiantur tres lineæ ad libitum, duarum quarumlibet quadrata ſimul iuncta per 47 primi, dabunt lineam, ſuper qua ſi fiat ſemicirculus, & in eo inſcribatur reliqua linea, ea quæ connectetur, dabit quadratum, quod eſt differentia quæſita.

PROPOSITIO X.

Inuenire tres quantitates æquales quadrato vt bini iuncti faciant quadratum.

POnantur tres ſimul æquales quadrato 1 Q † 2 R † 1, & ſit primus cum ſecundo 1 Q. Ergo tertius eſt 2 R † I. Eſt autem ſecundus cum tertio 1 Q † I --- 2 R à latere 1 R—I, igitur quoniam cum tertio 1 Q † 2 R † I, erit primus 4 R. Sed primus poſitus eſt cum ſecundo 1 Q. Ergo 1 Q — 4 R eſt ſecundus. Igitur 6 R † I

èſt ſumma primi & tertii. Quare hæc ſumma æquari debet quadrato. Sit 15 121. Ergo I R eſt 20 vnde tres numeri 80 primus, 320 ſecundus, 41 tertius.

Geometricè, tres quæcumque lineæ ad libitum electæ exhibent quadrata quæſita per 47 primi.

PROPOSITIO XI.

Inuenire tres quantitates in interuallo æquali vt bini iuncti faciant quadratum.

QVæro primùm tres quadratos numeros Arithmeticè proportionales quorum ſummæ ſemiſſis maior ſit quolibet ipſorum. Ponatur primus I Q, & ſecundus I Q † 2 R † I, quorum interuallum 2 R † I additus ſecundo exhibet tertium I Q † 4 R † 2, qui proinde debet æquari quadrato. Fingo eius latus I R — 8. Igitur eius quadratum I Q † 64 — 16 R æquatur I Q † 4 R † 2. Et fit I R æqualis $\frac{31}{10}$. Et neglecto denominatore tres numeri quadrati 961 & 1681 & 2401 ſatisfaciunt propoſito.

Iam venio ad primariam quæſtionem, & aſſumpto numero 961 pro ſumma primi & ſecundi, pono tres ſimul eſſe I R ergo tertius erit I R — 961 & aſſumpto 2401 pro ſumma ſecundi & tertii (debet enim inuerti ordo ob interualli æqualitatem erit primus I R --- 2401. Et ſublata ſumma tertii & primi 1681 ab I R fiet ſecundus I R -- 1681. Reſtat ergo vt tres ſimul iuncti ſeu 3R -- 5043 æquantur I R & fit I R æqualis $\frac{5043}{2}$ vnde primus qui inuentus eſt I R — 2401 erit $\frac{241}{2}$ ſecundus $\frac{1681}{2}$ & tertius $\frac{3121}{2}$.

Geometricè, ſumantur ad libitum lineæ duæ inæquales quarum maior non poſſit duplum minoris, & ſuper maiore facto ſemicirculo inſcribatur minor, & connectantur, connexaque inſcribatur ſemicirculo facto ſuper minore & connectantur. Quadratum po-

ſterioris iſtius connexæ cum quadratis duarum pro libito ſumptarum erunt illa quæ inquiruntur.

Propositio XII.

Data aliqua quantitate, inuenire tres alias vt compoſita ex binis quibuslibet, aſſumpta data faciat quadratum, & inſuper ſumma trium adiecta illa quæ data fuit quadratum efficiat.

ESto datus numerus 3, & ponatur compoſitus ex primo & ſecundo 1 Q † 4 R † 1 vt aſſumpto 3 fiat quadratum 1 Q † 4 R † 4 à latere 1 R † 2. Deinde ſecundus & tertius ſimul ſint 1 Q † 6 R † 6 tres autem ſimul 1 Q † 8 R † 13, vt hi aſſumpto faciant quadratum, & quia trium ſumma eſt 1 Q † 8 R † 13, primus autem & ſecundus 1 Q † 4 R † 1, erit tertius 4 R † 12, & propter eamdem rationem cum ſumma ſecundi & tertii ſit 1 Q † 6 R † 6, erit primus 2 R † 7. Ergo habetur ſumma primi & tertii 6 R † 19 igitur ſecundus eſt 1 Q † 2 R † 6. Supereſt itaque vt ſumma primi & tertii aſſumpto 3 ſeu 6 R † 22 æquentur quadrato, ſit illud quadratum 100, fiet 1 R æqualis 13. Ergo primus erit 33, ſecundus 189, tertius 64.

Geometricè, aſſumantur tres lineæ pro libito, & duæ quælibet iungantur ad angulos rectos. & connexæ data iungatur quoque perpendiculariter, tùm iunctis tribus per additionem addatur quadratum datæ, habebiturque propoſitum. Per 47 primi Euclidis.

Propositio XIII.

Data aliqua quantitate, inuenire tres alias vt compoſita ex duabus quibuslibet, dempta data, faciat quadratum, & inſuper trium ſumma, detrahendo datam, faciat quadratum.

DEtur iterum numerus 3, & ponatur ex duobus primis compoſitus 1 Q † 3, vt detracto 3, fiat quadratum. Summa ſecundi & tertii ponatur ob eamdem rationem 1 Q † 2 R † 4. Trium

verò

vero ſumma I Q † 4 R † 7, vt ſemper dedracto 3 quadratum efficiatur. Et quia ſumma trium eſt I Q † 4 R † 7 & ſumma primi & ſecundi I Q † 3, fiet tertius 4 R † 4. Similiter quoniam ſumma ſecundi & tertij eſt I Q † 2 R † 4, reſtabit primus 2 R † 3. Rurſus quia tertius eſt 4 R † 4 & ſumma ſecundi & tertij I Q † 2 R † 4, erit ſecundus I Q -- 2 R, ſupereſt ergo vt ſumma primi & tertij detractis 3 faciat quadratum. Igitur 6 R † 4 facit quadratum. Sit illud quadratum 64, & fiet I R æqualis 10. Primuſque numerus erit 23, ſecundus 80, tertius 44.

Geometricè, Tres quælibet lineæ pro libito ſumptæ ſoluent problema modo quadrata duarum ex illis majora ſint quadrato datæ lineæ. Id autem fiet partim per angulum rectum qui quadratorum additioni inſerunt, partim per inſcriptionem linearum in ſemicirculo quæ quadratorum ſubſtractionem methodum præbet per 47 primi & 31 tertij.

PROPOSITIO XIV.

Inuenire tres quantitates vt quam binæ mutuo ductu producunt, illa adſcita data quantitate faciat quadratum.

DEtur numerus 20, ſumaturque aliquis numerus quadratus (per 3 huius ſeu per 11. l. 2 Dioph.) qui cum 20 faciat quadratum nempe 16. Tùm ponantur primus & ſecundus quæſitus duo quilibet numeri mutuo ductu facientes 16, puta 8 & 2. Deinde pro tertio ponatur certus quadratorum numerus qui ductus in ſecundum 2 efficiat quadratum vt 2 Q vel 8 Q vel 32 Q, & adiiciatur & defectus alicuius numeri qui ductus in 2 faciat 20. Sit itaque tertius 2 Q -- 10, qui ductus in 2 facit 4 Q — 20, cui addendo numerum datum 20 fit quadratus 4 Q. Quare reſtat vt productus ex primo in tertio adſcito 20 faciat quadratum. Facit autem 16 Q — 60. Hoc ergo æquatur quadrato. Fingo eius latus 4 R — 2. Huius quadratum 16 Q † 4 -- 16 R æquatur 16 Q — 60. Et fit I R æqualis 4. Vnde tres numeri quæſiti ſunt 8. 2. 22.

Geometricè, ſumantur tres lineæ quælibet, & mediæ proportio-

nales inter eas iungantur ad angulos rectos ſigillatim cum latere quadrati dati, lineæ connexæ dabunt latera quadratorum per 17 ſexti & 47 primi.

Propositio XV.

Inuenire tres quantitates, & quam binæ mutuo ductu efficiunt, hæc multata data quantitate faciat quadratum.

ESto datus numerus 20, & quæratur ſtatim (per 3 huius) quadratus numerus à quo auferendo 20 reſtet quadratus, ſitque 36. Ponaturque pro primo & ſecundo quæſitorum numerorum, duo quilibet mutuo ductu producentes 36, puta 9 & 4. Tùm ponatur tertius quilibet quadratorum numerus, qui ductus in ſecundum 4, faciat quadratum, vt 1 Q. Illique addantur aliquot vnitates quæ ductæ in eundem 4 faciant numerum datum 20, ſeu vt paucis dicam, ſit 1 Q † S tertius. Cum itaque hoc modo ſatiſfiat duabus conditionibus quæſtionis, reſtat vt productus ex primo in tertium detracto 20, faciat quadratum. Facit vero 9 Q † 25. Qui proinde æquari debet quadrato. Fingo illius quadrati latus 3 R † 1. Ergo eius quadratum 9 Q † 1 † 6 R æquatur 9 Q † 25. Ac ideo 1 R fit æqualis 4. Vnde tres numeri quæſiti ſunt 9.4.21.

Geometricè, ſumantur tres quælibet lineæ, modo mediæ proportionales inter eas, ſint maiores latere dati quadrati, & facto ſemicirculo ſuper illis medijs proportionalibus, inſcribatur latus quadrati dati, connexæ erunt latera quadratorum. Per 17 ſexti, & 31 tertij, & 47 primi.

Propositio XVI

Inuenire tres quantitates, ita vt productus ex binarum multiplicatione, aſſumpto reliquæ quadrato, faciat quadratum.

POnatur vnus numerus 1 R, alter 4 R † 4, vltimus 1. (ſic enim productus ex primo in ſecundum aſſumpto reliqui quadrato,

vero ſumma 1 Q + 4 R + 7, vt ſemper detracto 3 quadratum efficiatur. Et quia ſumma trium eſt 1 Q + 4 R + 7 & ſumma primi & ſecundi 1 Q + 3, fiet tertius 4 R + 4. Similiter quoniam ſumma ſecundi & tertij eſt 1 Q + 2 R + 4, reſtabit primus 2 R + 3. Rurſus quia tertius eſt 4 R + 4 & ſumma ſecundi & tertij 1 Q + 2 R + 4, erit ſecundus 1 Q – 2 R, ſupereſt ergo vt ſumma primi & tertij detractis 3 faciat quadratum. Igitur 6 R + 4 facit quadratum. Sit illud quadratum 64, & fiet 1 R æqualis 10. Primuſque numerus erit 23, ſecundus 80, tertius 44.

Geometricè, Tres quælibet lineæ pro libito ſumptæ ſoluent problema modo quadrata duarum ex illis majora ſint quadrato datæ lineæ. Id autem fiet partim per angulum rectum qui quadratorum additioni inſeruit, partim per inſcriptionem linearum in ſemicirculo quæ quadratorum ſubſtractionem methodum præbet per 47 primi & 31 tertij.

PROPOSITIO XIV.

Inuenire tres quantitates vt quam binæ mutuo ductu producunt, illa adſcita data quantitate faciat quadratum.

DEtur numerus 20, ſumaturque aliquis numerus quadratus (per 3 huius ſeu per 11. l. 2 Dioph.) qui cum 20 faciat quadratum nempe 16. Tùm ponantur primus & ſecundus quæſitus duo quilibet numeri mutuo ductu facientes 16, puta 8 & 2. Deinde pro tertio ponatur certus quadratorum numerus qui ductus in ſecundum 2 efficiat quadratum vt 2 Q vel 8 Q vel 32 Q, & adiiciatur & defectus alicuius numeri qui ductus in 2 faciat 20. Sit itaque tertius 2 Q – 10, qui ductus in 2 facit 4 Q — 20, cui addendo numerum datum 20 fit quadratus 4 Q. Quare reſtat vt productus ex primo in tertio adſcito 20 faciat quadratum. Facit autem 16 Q — 60. Hoc ergo æquatur quadrato. Fingo eius latus 4 R — 2. Huius quadratum 16 Q + 4 – 16 R æquatur 16 Q — 60. Et fit 1 R æqualis 4. Vnde tres numeri quæſiti ſunt 8. 2. 22.

Geometricè, ſumantur tres lineæ quælibet, & mediæ proportio-

nales inter eas iungantur ad angulos rectos ſigillatim cum latere quadrati dati, lineæ connexæ dabunt latera quadratorum per 17 ſexti & 47 primi.

Propoſitio XV.

Inuenire tres quantitates, & quam binæ mutuo ductu efficiunt, hæc multata datæ quantitate faciat quadratum.

ESto datus numerus 20, & quæratur ſtatim (per 3 huius) quadratus numerus à quo auferendo 20 reſtet quadratus, ſitque 36. Ponaturque pro primo & ſecundo quæſitorum numerorum, duo quilibet mutuo ductu producentes 36, puta 9 & 4. Tum ponatur tertius quilibet quadratorum numerus, qui ductus in ſecundum 4, faciat quadratum, vt 1 Q. Illique addantur aliquot vnitates quæ ductæ in eundem 4 faciant numerum datum 20, ſeu vt paucis dicam, ſit 1 Q † 5 tertius. Cum itaque hoc modo ſatiſfiat duabus conditionibus quæſtionis, reſtat vt productus ex primo in tertium detracto 20, faciat quadratum. Facit vero 9 Q † 25. Qui proinde æquari debet quadrato. Fingo illius quadrati latus 3 R † 1. Ergo eius quadratum 9 Q † 1 † 6 R æquatur 9 Q † 25. Ac ideo 1 R fit æqualis 4. Vnde tres numeri quæſiti ſunt 9. 4. 21.

Geometricè, ſumantur tres quælibet lineæ, modo mediæ proportionales inter eas, ſint maiores latere dati quadrati, & facto ſemicirculo ſuper illis medijs proportionalibus, inſcribatur latus quadrati dati, connexæ erunt latera quadratorum. Per 17 ſexti, & 31 tertij, & 47 primi.

Propoſitio XVI

Inuenire tres quantitates, ita vt productus ex binarum multiplicatione, aſſumpto reliqua quadrato, faciat quadratum.

POnatur vnus numerus 1 R, alter 4 R † 4, vltimus 1. (ſic enim productus ex primo in ſecundum aſſumpto reliqui quadrato,

facit quadratum cuius latus 2 R † I, productus autem ex ſecundo in tertium aſſumpto reliqui quadrato, facit quadratum, cuius latus eſt I R † 2) reſtat ergo vt productus ex tertio in primum aſſumpto ſecundi quadrato, faciat quadratum. Facit autem 16 Q † 16 † 33 R. Hic igitur numerus eſt æquandus quadrato. Finge latus eius 4 R — 5. & fiet I R æqualis 9. Quare primus erit 9. ſecundus 328. tertius 73.

73

Geometricè, accipiantur tres quælibet lineæ, & mediæ inter proportionales inter duas quaſlibet nectantur reliquæ ad angulos rectos efficieturque propoſitum. Per 17 ſexti, & 47 primi

PROPOSITIO XVII.

Datam quantitatem diuidere in duas, & inuenire quadratum, à quo ſi tollas vtramque partem diuiſæ quantitatis, fiat quadratum.

DEtur numerus diuidendus 10, ponaturque inueniendum quadratum eſſe I Q † 2 R † I. Illud ſiue multatum 2 R † I, ſiue 4 R, exhibet quadratum. Quare ſi ſtatuatur prima pars numeri diuidendi 2 R † I, & ſecunda 4 R. Harum ſumma debet æquari 10. & fit IR æqualis 3. Vnde numeri quæſiti ſunt 4 & 6.

2

Geometricè, accipiatur quodlibet quadratum maius quadrato dato, & deſcripto ſuper eius latere ſemicirculo, diuidatur quadratũ datum in duo quælibet quadrata (per 1. huius) & horum latera inſcribatur ſemicirculo ab extremitate diametri: lineæ connexæ exhibebunt quadrata quæſita. Per 31 tertij, & 47 primi.

PROPOSITIO XVIII.

Datam quantitatem diuidere in duas, & inuenire quadratum, quod aſſumpta vtralibet diuiſæ quantitatis parte, faciat quadratum.

ESto datus numerus 20. & ponatur quadratum quæſitum I Q † 2 R † I. Huic ſiue addas 2 R † 3, ſiue 4 R † 8. fit quadratum.

Statuatur ergo prima pars numeri diuidendi 2 R † 3 & ſecunda 4 R † 8. Erit ſumma illarum 6 R † 11 æqualis numero dato 20. & fit 1 R æqualis 3. Vnde numeri quæſiti ſunt 6 & 14.

2

Geometricè, ſume ad libitum quodcumque quadratum, & quadrato dato (per 1. huius) diuiſo in quælibet duo quadrata, necte ſigillatim horum quadratorum latera ad angulos rectos cum latere quadrati ad libitum ſumpti, connexarumque quadrata efficient propoſitum per 47 primi.

PROPOSITIO XIX.

Inuenire duas quantitates, ita vt alterultra & ſumma ambarum, ſed & ipſarum differentia faciat quadratum addita vnitate.

NVmeri à Diophanto reperti ſunt 3024 & 5624. Verum vniuerſalius quæſtionem ſoluit Bachetus addito quocumque numero quadrato: ſit enim datus 4 & ponatur aliquod quadratum à radicibus quotlibet plus latere dati quadrati, puta 3 R † 2 Quadratum huius eſt 9 Q † 4 † 12 R. Hoc quadratum ſi multetur 4 erit primus numerus quæſitus 9 Q † 12 R. (ſic enim addendo 4 fit quadratum) jam vt habeatur ſecundus quare duo quadrata quæ differant per 9 Q † 12 R, hoc modo: duo numeri producentes hanc differentiam ſunt 9 R † 12 & 1 R. Horum interualli ſemiſſis eſt 4 R † 6. Cuius quadratum 16 Q † 36 † 48 R multatum 4 dabit ſecundum numerum 16 Q † 48 R † 32. illi igitur duo numeri tribus poſtulatis ſatiſfaciunt nam & alterulter & vtriuſque ſumma aſſumpto 4 facit quadratum. Quare reſtat vt eorum interuallum aſſumpto 4 faciat quadratum. Facit autem 7 Q † 36 R † 36. Hoc ergo eſt æquandum quadrato. Finge latus 6 — 3 R, & fiet 1 R æqualis 36. igitur numeri quæſiti ſunt 12096 & 22496.

Geometricè, praxis illa debet fieri ex planis, quorum duo quælibet ad hoc opus erunt idonea, non poſſunt reduci ad quadratum & in vnam ſummam colligi & quadrato huic ſummæ æquali addi quadratum cuius libet datæ lineæ. Idem intellige de ipſorum planorum differentia. Sed & de alterutro illorum.

Propoſitio:

facit quadratum cuius latus 2 R † I, productus autem ex ſecundo in tertium aſſumpto reliqui quadrato, facit quadratum, cuius latus eſt I R † 2) reſtat ergo vt productus ex tertio in primum aſſumpto ſecundi quadrato, faciat quadratum. Facit autem 16 Q † 16 † 33 R. Hic igitur numerus eſt æquandus quadrato. Finge latus eius 4 R — 5. & fiet I R æqualis 9. Quare primus erit 9. ſecundus $\frac{328}{73}$. tertius $\frac{73}{73}$.

Geometricè, accipiantur tres quælibet lineæ, & mediæ inter proportionales inter duas quaſlibet nectantur reliquæ ad angulos rectos efficieturque propoſitum. Per 17 ſexti, & 47 primi

PROPOSITIO XVII.

Datam quantitatem diuidere in duas, & inuenire quadratum, à quo ſi tollas vtramque partem diuiſæ quantitatis, fiat quadratum.

